

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
30 C
10

TRACTATUS PRACTICUS DE SUPERSTITIONE



QUATENUS VULGO VANAM EXERCET OBSERVANTIAM, VEL ALIAS DEDUCIT AD MAGIAM,




IN USUM PASTORUM, VERBI MINISTRORUM, CÆTERORUMQ; PIE DOCTORUM AUCTORITATE PUBLICA CONSCRIPTUS



A

JOSUA ARNDIO.

GUSTROVI, Typis SCHEIPPELIANIS
Anno MDCLXIV.



VIRIS

REVERENDIS AC DOCTISSIMIS VERBI DIVINI MINISTRIS AC

ECCLESIARUM SUBURBI CARIARUM IN DUCATU MECHLEBURGO-GUSTROVIENSI ET NEOBRANDEBURGICO

PASTORIBUS

VIGILANTISSIMIS

FRATRIBUS IN CHRISTO DNO. NOSTRO PLURIMUM DILECTIS ET HONORATIS

S. P. D.



Tsi multa mihi perſvadere poterāt,ut vobis,VIRI PLURIMUM REVERENDI, hunc libellū in publicum euntē inſcriberem atq; dedicarem; Qvorum illud cum primis palmarium eſt, qvod una Nos ara conſecrat, unus Dominus evo-

cavit, unum ovile noſcit, una ſalus habet miniſtros, ne qvid de privatis affectibus amicitiæ dicam, qvibus multis inter vos ex memoriâ præſertim beati Parentis mei, non malè, qvantum judico, de vobis, dum viveret, merentis qvondam, notus atq; obſtrictus ſum; tamen in præſens obtinet ſolum SERENISSIMI CELSISSIMIQVE DUCIS AC PRINCIPIS MEI CLEMENTISSIMI DN. DN. GUSTAVI ADOLPHI CÆTERA SATIS INCLTTI ante tempus non adeò longum miſſum ad me mandatum, qvo peculiariter volebat, ut ſuo potiſſimum qvo jure merito gaudet, Epiſcopi nomine, ſi non iſte, ſaltim tàlis de SUPERSTITIONE libellus ad hujus ſuæ provinciæ cives tum ſacros tum communes reliqvos, omnes ac ſingulos, ederetur; idq; eum in finem, uti graſſantibus hic locorum proh dolor! toto die horrendis peccatis, delictis ac flagitiis NEQVIDEM INTER GENTES IMPUNITIS omni ope ac ſtudio contra venirent, qvotqvot vel Fides in Deum, vel amor æternæ felicitatis vel deniq; odium jurati Hoſtis

ex inferno urget atq; accendit. Qvod cum in utramq; partem, ut in talibus fieri convenit, SERENITAS SUA piè non minus ac prudenter expendisset, tutissimum postremum judicatum est fore, si iis qui præsunt potius lingva Latina & vulgò inter literatos recepta, qvam qvi literas ignorant proletariis vernacula ejusmodi arcana Serpentis divinâ simplicitate ita explicarentur ut & qvod seqverentur, haberent ductores, & qvod fugerent, greges, atq; atrocius inde paullò qvam annis ab hinc aliqvot ipsis hasce per oras fieri coeptum æstimarent atq; detestari discerent universi, pleriq; omnes. Certè qvam vetus hic & penè originaria labes genus mortale maculet atq; in oculis divinæ Majestatis coinqvinet, sacræ literæ abundè docent. Fuit ista profectò princeps defectio à Conditore generis nostri; qvam mille deinceps errorum noxarumq; turmæ longo agmine sunt insecutæ; ut non absurdè senserit, qvi dicere velit, Hoc peccatum omnium aliorum esse radicem. Qva propter

nunc nobis eò majori diligentia in id incumbendum eſt, qvò evidentius patet, & rerum uſu qvotidiè comprobatur, nihil ſuperſtitione in vulgus noſtrum qvà opida; qvà pagos, inter nos vel freqventius eſſe vel ſubtilius regnare. Tenentur ſanè iſthoc vitio, qvos nemo putet facile. Hæc qvippe & mali eſt natura, & Ingenii humani corruptio ut ſerpat inobſervatum illud & iſtud abreptum commodis ſive deſideriis ſuis ſerviat etiam diabolo, omnium malorum principi. Nunc igitur qvid laudabilius curabunt, qvi animarum curæ præſunt, qvàm id, qvod ſi probè curatum dederint, multis magnisq; malis fontes obſtructurum eſſe, mox videbunt? Commodavi opellam eqvidem hanc meam nulli hîc locorum lubentiùs argumento qvam iſti, & ſi alias declinandi laborem cauſæ de eſſe vix poterant, eæq; haud leves. Porrò, tractandi curſum ita inſtitui, ut certas in claſſes diviſa materia cellulas qvaſi qvasdam diligenti lectori præfigurare poſſet, ad qvas redigere privatâ lectione

ne vel ipse inposterum qveat, qvodcunq; annotare, horum crediturus sit vel utile vel jucundum sibi fore. Omnia enim istius argumenti latibula perreptare, nec operæ pretium erat, nec finis proprius. Qvod super est, Christum Jesum Dominum Nostrum & Pontificem summum supplex invoco, ut laboribus nostris omni loco ac tempore benedicere ex alto velit, ignemq; amoris sui denuò accendere passim & ubiq; dignetur, regnum adversarii evertere, suum confirmare, nosq; ad extremum omnes ac singulos â malo liberare, & regni sui albo vivẽtes inscribere qvanto cyus expromisso meritoq; suo divinitus festinet. Valete, remq; Christianã qvibus potestis modis adjuvate sedulò.

Dabam Gustrovii. Anno cIↃ IↃCLXIV. m. Junio. ad. IV.

VV. RR DD.

Conservus in regno Dei

J. ARNDIUS.

Qvid

INDEX CAPITUM.

Caput



I.

Qvid sit. 2. Qvot ejus species & qvænam.



Tsi vox *superstitionis* non uno modò sumi solet, hic tamen nobis nunc non aliter consideranda erit, quàm qvatenus vel ad Magiam pertinet, vel ad eam ducit.

Videantur Scholast. 22. q. 92 Suarez Tom. 2. de relig. Tr. 3. lib. 2. Thomas. 22. q. 92. art 2.

II.

Alias qvidem Scholasticè, *Est falsa religio s. cultus vitiosus veri vel falsi Numinis*: Vel: *Vitium, qvod Religioni opponitur secundum excessum.*

III.

Religionis qvippe virtuti opponitur in defectu *irreligiositas*, in excessu, *Superstitio*. Ad illam reducuntur, Atheismus, Epicureismus, blasphemia, Perjurium, Tentatio Dei idq; *directè*; Per *indirectum*, Simonia, Sacrilegium. Ad istam

Beyerlinck Theatr. Tom. 7. ait : *Si hoc ne-*

men variarũ observationum strictè sumamus, erunt qvatuor species superstitionum ratione rei cultæ, & Magia quartum locum obtinebit.

istam pertinent qvatuor species vulgò sic recensitæ: *Cultus indebitus, idololatria, Divinatio, & Vana observantia.*

IV.

Unde & â non nullis *Magia* constituitur ut species, eaq; numero Qvarta, ita sub Cultu indebito ut comprehendatur.

Layman. l. 4. Mor. t. 10. c. 1. Thom. q. xcii. art 2. 22. Clem. l. 7. Stromat. Lactant. c. 28. de Vera Sapient. August. de ver. relig. Tom. 1. p. 743. & de Civit. Dei. l. 4. c. 30.

V.

In universum Synonymicè se habet, cum *Vacua observatione*, ut Tertullianus de Oration. c. 12. loqvitur, sive, uti apud Scholasticos appellari mos est *Vana observantia.*

VI.

Eaq; definitur, *Vitium qvoqvis otiosis factis & omissis attendit ad bonum vel temporale vel spirituale.* Nam sive omittat aliqvis id qvod frustrà metuit, sive agat, qvod indebitè adhibet producendi spe effectus, utrobiq; vitium committit, & *Superstitionem* incurrit. Est

VII.

Est & illa utilis descriptio, qvam alii afferunt, nimirum, qvod sit: *Qvâ adhibentur & applicantur res aut Verba, aut cærimoniæ s. Actiones* ad aliqvid *producendum vel prædicendum, ad qvod neq; ex natura sua, neq; ex institutione Dei ullam habent dispositionem, idq; ex pacto cum diabolo vel occulto vel manifesto.*

VIII.

Qvam plenam & luculentam hujus vitii designationem ingeniis communioribus in præsentiarum ideò potissimum commendamus, qvia multum lucis adferet in progressu.

Martin. Delrio l. 3. p. 2. sic definit: Magia Superstitiosa est, qvâ commodum aliqvod speratur ex re, quæ nec super naturaliter eò pertinet, neq; naturaliter id præstare potest.

IX.

Scriptura omnia refert ad idololatriam Lev. 19. v. 31. Deut. 18. v. 11. Jerem. 7. v. 31. C. 19. v. 5. & Deut. 13. v. 1. 2. seq. 1. Joh. 5. Cavete ab idolis. 1. Cor. 10. v. 14. φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας. Deut. 18. v. 20. Levitic. 20. v. 23. Deut. 18. v. 10.

X. Ne-

X.

Neceſſarium ergò eſt, ſcire hâc in materia qvicqvid theoricè diſtingvitur docendi gratia, practicè & in conſcientia in uno peccato terminari, qvod vel *Primum*, vel *Secundum* Decalogi Præceptum nefariè violat atq; ad perniciem animæ transgreditur.

XI.

Thom. Aqvinas Colitur Diabolus, vel ut honoretur tanquam Numen, & hoc eſt idololatria, Vel, *ut aliquid occultum revelet, & ſic eſt* divinatio, Vel, *ut juvet & dirigat in operando, & ſic eſt* Superſtitio *Vanarum obſervationum.*

Sic *Divinatio*, Deut. 18. v. 10. hanc claſſem multis modis ingreditur, & in vita communi involvit etiam non opinantes. Fitq; in univerſum dupliciter: Vel, *qvando Dæmonis opem expreſſè invocat*, vel, *quando tacitè*, ut noſcantur res contingentes, liberè futuræ, occultæ, & per naturam incognoſcibiles.

XII.

Harum aliæ ſi ſint tales, qvas ſolus Deus ſcire poteſt, implicatur *Tacita idololatria*; Tribuitur enim tunc Dæmoni cultus Deo ſoli debitus. Si verò ſint tales

tales, qvas Dæmon naturaliter scire potest, veluti ex signis aliisq; modis occultissima qvæq; cognoscere potest, nihilo tamen minus illicita est, qvoniam ingreditur commercium cum Dei jurato hoste, unde emergit, *Apostasia à Deo, & proditio spiritualis.*

XIII.

Nec hinc excluditur *Pactum interpretativum*, ex. gr. Cum ex lineamentis corporis, vocibus, aviũ garritu, &c. qvalibus Dæmon se immiscere solet, qværitur cognitio, ad qvam hæc & similia id genus plura sunt improportionata.

Huc referuntur *Divinationes zigeunorum s. Ægyptiorum, è speculis, ex aëre, & themate natali, extis, somniis, cribris paleis in santum aquâ &c. Vid.* Peucerum, Molinæum, Episcopium Institut. Theolog. Lib. 3. cap. 1. prolixe.

XIV.

Igitur *expressè* invocat, convenit & pactum cum Dæmone facit, qvi vel verbis invocat, vel *Facto aliquid* saltim usurpat, per qvod *scit* aut *Putat* Dæmonem cooperari.

XV.

Tacitè sive *Implicitè* pacisci censetur,

tur, qvisqvis vel vanis vel naturaliter improportionatis utitur ad aliqvid vel Cognoscendum vel exeqvendum, sive nocendo, sive medendo, sive indicando oculta, sive qvocunq; alio modo consulendi tam sibi qvam alteri.

XVI.

N. 16. 17. Neq; reqviritur, ut Dæmon aliqvando pactus sit, velle ad talis vani medii adhibitionem in actu concurrere. Nam eo ipso, qvo qvis *inanibus & vacuis* istius modi utitur, Dæmonse immiscet, qvan qvam præter intentionem utentis sit, illum invocare.

Intentio, est Finis cuiq; in singulis actionibus propositus.

Unde Bona, si finis bonus, Mala, si finis malus. Ubi nota, quod non statim benè quis agere dicatur, si bonum finem sibi præstituat; Requiritur quippe, ut & factum sive officium per se sit rectum. Quare nec mala bona intentione sunt facienda, nec prava intentio rei vel officii bonitate excusanda. Utrumq; in bona actione reperiri necesse est, sed bona non est, cui alterutrum de est, ut ait eleganter Lud. Montalt. Lib. Provincial. Epist. 7. Not. Unica. §. 4.

XVII.

Augustin. l. 3. juli- Sic neq; excusat observatorem superstitiosum, *Intentio* non semper *Actualis*

lis; cum *Virtualis* & *interpretativa* pariter involvat illos, qvi sæpe ex inadvertentia, consvetudine, aut alios imitandi placendive vulgo studio tale qvid aut conforme committunt.

an. c. 4. *Intentionis tantum esse momentum docet, ut cum aliquid facit homo, ubi peccare non videtur, si non propter hoc facit, quod facere debet, peccare convincatur.*

XVIII.

Qvomodo nec exemptus habetur, qvi utendo talibus rebus qvas constat esse ex natura sua improportionatas, protestatur, se nullum cum dæmone commercium *intendere*. Qvia reipsa facit, qvod protestationi est contrarium. Certum enim est, cum nec Deus nec Angeli boni talibus se immisceant, Dæmonem implicitè iis invocari, & effectum seqvi qvoties seqvitur, diabolicum.

XIX.

Neq; excusari debet alter, *qui talia media credit utilia propter experientias.* Qvoniam hasce Dæmon procurat, ea fini, ut homines pedetentim illaqveet, & ad similia usurpanda inducat.

V. Sanchez. Moral. l. 2. cap. 38. Busenbaum. Compend. l. 3. Tr. 1. Dub. 2. p. 119. & seq.

XX. Pari-

XX.

Pariter evitari oportet, ne qvis ab astris, somniis & id genus similibus dependeat ita, ut omnes vel certè *præcipuas* aut *certas*, saltim actiones suas instituere juxta illas velit, aut ex eorundem observatione *hìc & nunc* aliqvid omittere, aut leviter timere, ne ita sit, adeoq; Fidem, integram qvidem non, adhibere.

XXI.

Sortes sunt duorum generum: Divisoriæ *quando per eas inquiritur, quid cuiq; tribuendũ, sive illud sit res possessa, sive honor, sive pœna, &c.* Consultoriæ, *quando investigatur divinum consilium, ut sciatur in re dubia quid sit agendum*, Divinatoriæ, *qvando per eas de futuris eventibus inqviritur. Vide Exemplum* Ezechiel. 21. *de rege Babylonis.*

Rediguntur & in hunc ipsum ordinem, *Sortes*, eæq; ab eventu, Divinatoriæ nominatæ, qvarum usus esse solet, ad *futurum vel occultum* aliqvod cognoscendum, idq; eâ *intentione*, ut vim aliqvam divinam iis in esse credatur v. gr. si qvis ex taxillorum vel projectione vel dispositione divinet, qvis sit obtenturus victoriam, beneficium &c. Ut &, si qvis *Consultorias* sortes usurpet, qvibus investigat, *quid in hac vel illâ re sit agendum.*

XXII.

Etsi in certis casibus fieri potest, *ut sint licitæ*, utpote cum necessitas causæ & honestas exigit, aptiorq; modus dubium vincendi non apparet, cum hâc cautione, si fiant præmissa Oratione, cum reverentia, & *indicium non expectetur nisi à solo Deo*. 1, Reg. 10.

Thomas 2. 2. qv. 95. Articul 8. & Opuscul. 25. de sortibus: *Illicitas omnes tunc demum haberi censet, cùm qvis actus humanos putat sortiri effectum suum secundum dispositionem stellarum, aut Dæmonum ingestionem. Hæc enim est superstitio, cum qvis eventum ex fortuna exspectat. Huc referuntur ab* Augustino Epist. *119. Qvi de paginis Evangelicis ad negotia secularia sortes olim legerunt.*

Est & alia superstitio circà hasce, qvam vocant Sortes Apostolorum, *cum libri Veteris vel Novi Testamenti aperiuntur, & attenditur primò, qvi obvius inspicienti ver*[illegible] *Qvà usum se esse gloriatur* Cardanus l. 14. de Varie[illegible]rum. *Damnatur in* C. *Aliqvanti,* [illegible] C. *si qvis Clericos. 26. qvæst. 5.*

XXIII.

De sortibus divisoriis alia est ratio: Nam fere sine superstitione adhibentur, & vel ad honestum ludum, vel herciscundam familiam, vel alicujus liticulæ compositionem, idq; ex consensu partium

Vid. Theatr. Beierlinck. Tom. 7. pag. m.

um. Nihil enim hoc statu aliud sunt, *qvam Contractus inter eos, qvi ad rem istam jus habent, ut ejus sit, cui sors obtigerit.*

29.1. Sortes divisoriæ, qvæ nec cedunt in injuriam tertii, aut Reip. vel Ecclesiæ, nec irrogant irreverentiam rebus sacris, ut dum hereditas datur sortibus acceptis ex libro Evangeliorum, &c. Sed ego malim ex alio potius qvovis qvam ex libro Evangeliorum sumi.

XXIV.

ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε.

Qvamvis etiam excusari possit, qvi *Joci caussa* modo illicito futura se velle divinare minatur, eò qvod *Vanitas* potius *& Levitas*, qvam *superstitio* vel affectatio cognitionis Deo propriæ esse videatur, tamen seriò admonendi sunt & isti, ut desistant, qvoniam Dominus in cœlis non irridetur & vita Christiani debet omni ex parte carere rebus *Speciem mali habentibus.* 1. Thes. 5. v. 20.

XXV.

Atq; ita Superstitio, qvâ de nobis Sermo est, vana potissimùm est observantia, tùm in agendo, tùm in abstinendo per varios & propè innumerabiles vitæ casus atq; circumstantias, cum maximè, *qvæ medio aliqvo improportionato, & à Deo non instituto, vel ad indicandum, vel*

ad

ad efficiendum, vel ad *Operandum ex illa intentione, qvam gerit is, qvi adhibet, procuratur aliqvis effectus*, cumq; vel illo tempore, qvo non decet, vel ab illa re, qvæ non est aut vetita, aut mala, aut nociva, vel isthoc pacto, qvo neq; naturæ congruum est, neq; divinæ voluntati, neq; eventui expectato aptum natum, fugimus aliqvid atq; ab eodem abstinemus.

XXVI.

Qvod attinet conversationem, referri huc potest,

Constituunt illam in homine tria: *Error mentis, Depravatio affectus* & *Factum externum*. Error qvidem, dum plus creditur de Deo aut certè minus piè recteq; tum de rebus divinis & qvibus cunq; creaturis, earumq; viribus & effectis, qvam credi fas est. *Depravatio* voluntatis est, unde & Clementi l. 2. strom. πάθος δαιμόνιον & φόβος appellatur, ac Theophrasto δειλία. *Factum*, erumpit in perpetrationem vel *Sermone*, vel *scriptura*, vel *pictura* vel qvomodo cunq; tandem. Et modo *Gestibus nudis*, motuq; Corporis aut partium ejus, ut Oculorum, digitorum &c. modo *Operibus ipsis* se prodit, adhibitis rebus & certis instrumentis. Qvibus respondent totidem *abstinentiæ sive Omissiones* qvibus

Cum malis contubernium, seductio, curiositas, levitas *animi*, ignorãtia *fidei* Catholicæ, &

talia. V. cap. seq. Omninò enim re- bus nonnunqvam plures exercentur superstitiones, qvàm actionibus, qvas vocamus, positivis.

ctè judicavit Beierlinck Theat. Tom. 7. p. 426. inqviens: Ignorantia veræ pietatis superstitionem parit.

V. Comment. in Pharmaceutr. Virgil. Horat. l. 4. Wovver. *in Petron.* Molinæus *in Vate.* Burdelot. *in Heliodor.* Meurs. *in Lycophron.* Delrio *in Senec. Medeam, &c.* *Coloss. 2.* μηδὲ ἅψης, μηδὲ θίγης.

XXVII.

Cumq; sit vel *Interna*, vel *Externa*, qvarum illa ultrà affectum animi non progreditur, hæc verò in opus externum se exerit, sciendum de posteriori hic curam esse, quomodo agnosci ad conversionem & salutem, evitari caveriq; porrò qveat, & purus Dei cultus in fœdere gratiæ ad finem usq; vitæ conservari.

XXVIII.

Qvod eò magis utile & necessarium esse duximus aggrediatq; perficere auxilio Spiritus Sancti, qvò majori cum periculo hoc Peccatum conjunctum præ cæteris esse solet ut ex infrà dictis, suo loco amplius patescet. Ubi

XXIX.

Ubi cùm primis admonitum pium Lectorem volumus, ut potissimùm sibi ab iis caveat, qvæ sub pietatis specie imponent vel abblandientur. Istis enim nec periculosius aliud ullum genus hic est, nec subtilius, sive libros spectes, qvi hoc pacto eduntur, sive inventa ejusdem coloris.

Hunc pertinēt libelli suppositi tii: Sculpturæ Salomonis. Incantationes. Claviculæ. Annulus Salomonis. *Gretserus c. 10. lib. 1. de jure prohibendi libros ait: Se in Bavarica Bibliotheca vidisse Salomonis Hygromantiam filio Roboamo inscriptam Vid. Nicet. Choniat. l. 4. Annal. & Glycam Annal. l. 2. Eimericum part. 2. director. qv. 28. ubi magnum incantationum librum sub nomine Salomonis, extantem ab Innocent. 6. Pont. 2 condemnatum asserit.*

CAPUT SECUNDUM.

Quibus rebus & qvot modis Committatur in vita communi.

I.

SEqvitur nunc actio vitiosa in suo genere, qvæ qvoniam agnosci sciriq; melius non potest qvàm

divisione

divisione & enarratione actionum & casuum particularium, consideranda nunc erit, qvousq; ædificatio legentium vel admittere vel reqvirere eandem videbitur.

II.

Qvicunq; enim ista leget, credere non debet, omnia ac singula ita enumerari atq; recenseri, ut addi nihil ultrà possit, sed potiùs existimet, *Generalia* qvasi præcepta hic tradi atq; informari, ex qvibus illi, qvorum inter est, cùm sibi tùm aliis consulere in timore Domini qvaliter cunq; saltim sufficienter valeant.

III.

Pro variâ consideratione *Objecti* & *Subjecti* variæ qvoq; occurrunt *Superstitiones* idq; primò in *Genere*. Deinde, in *Specie*.

IV.

In genere primò consistit Superstitio in hisce Duobus, in *Agendo*, & in *abstinendo*. Sive, in *Committendo* & *Omittendo*.

V.

Bodin. l. 1. dæ. Idq; dupliciter, vel abstinentia *simplici*,

plici, vel *ratione habitâ temporis simul.* Simpliciter abstinent superstitiosi, qvoties hanc vel illam rem non efficere audent vel nominare, vel tangere. *Conjunctim*, qvando & à re ipsâ temperant, & id qvidem simul certo anni, Mensis, Lunæ, diei, noctis, meridiei momento, vel die natali, vel thematis natalitii, vel baptismi &c.

monol. c. 5. Inexcusabilis est illorum impietas qvi pro fluentiis cœlestibus assignant religionis dominatum, *ut* Julii Materni *scribentis eum, cui Saturnus in Luna est, victurum per diu, & post mortem in cœlos ascensurum, itemq;* Albumazaris *affirmantis, eum, qvi orabit Deum qvando Luna cum altero planeta, cujus nomen de industria placet reticere, in capite Draconis conjuncta est, impetraturum petitionem suam, qvod Petrus de Apono se expertum narrat, ut homines ad eandem improbitatem pertrahat.*

V. Tertullian. Apologet. c. 48. Plutarchum περὶ ἀποχῆς. *Lips. Senec. Epist. 108. &c.*

VI.

Simplex erat abstinentia e. gr. Pythagoræ, qvi à carnium esu abstinebat permeram superstitionem. Conjuncta alia est vel cum observantia *temporis*, vel *loci*, ut e. g. sepulcri, cœmeterii, plateæ mediæ, radiorum Lunæ &c. Qvo-

Saxo 12. Hist. Danic. *Rugianorum fœminæ forum co. assi-*



rum posterius tamen ex intentione abstinentis judicabitur. Huc referri possunt & id genus alia, ut numerus certus. v. gr. Numeri paris fuga, qvo facit illud: *Numero Deus impare gaudet.* Ut nihil cum eo vel agatur vel in coetur vel recipiatur.

dentes, absq; supputatione fortuitas in cinere literas describebant, qvas si pares numerâssent, prosperæ rei præscias arbitrabantur, si impares, sinistri prænuncias putabant.

VII.

V. Cæsar. de bello Civil. l. 1. ubi de Germanis.

Sic superstitiosum est, non exire domo, non proficisci, non aciem ordinare, si mustela vel lepus trans viam cucurrerit, ad puerperam non invisere, exeqviis non interesse, A coitu abstinere, qvod in confectione ungventi armarii præscribi solet opliatro.

VIII.

Eodem spectat, qvando ita abstinet aliqvis, ut simul destruat vel removeat, quod mali alicujus putat vel *Medium* esse vel esse posse, vel *signum*. Huc refert ipse *Plinius lib. 28. c. 2.* Frangere ovorum testas anteqvam mensa auferantur. In communi refer huc, *Destruere signa malefi-*

maleficii. Et qvalia complura observator sedulus in vita qvotidiana annotabit, cum sibi ne offendat, tum proximo, ut moneat, præsertim qvorum id curæ officioq; tum in *ecclesia* tum in *politia* & *domi* cuiq; suæ incumbit ex mandato Dei.

Poterit multa huc conferre Beierlinck Tom. 7. p. m. 421. seq. Ubi tractat superstitionis materiam, respectu personarum, bestiolarum, somniorum, imaginum, medicamentorum, monstrorum, domorum &c.

IX.

Etsi enim verissimum est, inter hos vel illos nonnunqvam crebrius aut vulgarius dominari hæc monstra, tamen eò nunc proh dolor! deventum est, ut ubiq; ferè sint metuenda. Peccati qvippe atrocitas & periculi magnitudo, qvam incurrunt hi qvi delinqvunt, qvæ & qvanta sint infrà Capite 4. patebit.

X.

Actio sive *Commissio* superstitiosa complectitur *Usum* 2. & *Applicationem.* Fitq; vel *Verbis*, vel *Gestibus*, vel *Murmure*, vel *ritibus variis & transitoriis*, vel adhibendo aut usurpando applicativè res tam pro se qvam pro aliis vice *medii* aut *signi* ad aliqvid amovendum, cognoscendum, effici-

efficiendum, ad qvod à *Deo* aut *Naturæ*, aut *Arte* efficaciam nullam habent.

XI.

Qvæ descriptio diligenter annotanda lectori pio erit, vel ideo, qvoniam cynosuræ vel regulæ vicem præstare in casuum specialium discretione multis modis poterit. Omnia qvippe & singula enumerare, ultrà necessitatem assurgit aut certè fructum ædificationis.

XII.

Hujus loci sunt: Amuleta periapta alexipharmaca, cruentatio cadaverum, purgationes canonicæ, per aqvam frigidã, opliatriæ, Her-

Res istæ ordinis & cautionis ergo hoc modo dispesci debent: *Primò*, Qvatenus ex certa classe sive specie superstitionis descendunt atq; in eadem adhiberi solent. Sic communiter Qvatuor numerantur : *Ars Notoria*, qvam vocant, *Magia*, *observatio eventuum* & deniq; *sanitatum*. Ars notoria dicitur, qvæ inspectione certarum figurarum, certo jejunio, oratione &c. utitur ad scientiam repente & sine labore comparandam. *Magia* nomen cæteròqvi generale, qvæ versatur circa corpora variè afficienda, immutanda, commovenda, & effectus miros. *Observatio eventuum*, qvæ ex consideratione alicujus eventus conjicit futurum

rum, e. gr. si ex eo, qvod corvus cecinit vel gallina, vel vulpes occurrit, certà iminere credat, & ex eo actiones suas moderetur. *Quarta*, adhibet qvædam signa, preces, numeros, murmura, verba Sacra &c. tanqvam necessaria & efficacia ad pellendos morbos.

barum, mineralium, animalium &c. Applicationes ligamenta, certæ pelles, certa membra, & id genus similia. Gestus quoq; ut sunt: Circum rotare, tacere, iacere trans caput, non respicere, lavare manus adversus Veneficia, salivam eadem fini adhibere, apud Persium, Livium, Euripidem, Plinium, Porphyrium, Virgilium & Tertullian. de Oratione. *Adde & Epiphan. lib. 1. Hæres. 17. & Buxtorff. Synagog. jud. cap. 4. 7. prolixè.*

V. M. Delrio disquisit. Magicar. l. 6. cap. 2. sap. 1. qv. 1.

XIII.

Secundò, qvatenus in *Opinione* consistunt solâ, & qvatenus in *actum completum* progrediuntur. Illæ sunt in finitæ proh dolor! & innumerabiles. Tantum non nullas adducemus: *vel* versatur talis opinio falsa & vana circà negotium, vel circà rem, vel circà tempus, vel circà locum, vel personam, qvâ vulgò existimatur, Valere horum, qvæ enume-

enumeravimus, unum alterumvè in certo effectu producendo, ad qvem reapſe nihil confert. Qvo de *Capite mox ſeq. Tertio* ex profeſſo. *Vel* movet conſcientiæ Scupulos, injicit metus, terrores, ſuſpiciones, ut ſunt, canum ululatus, bubones, picarum garritus, oſtenta ficta & putatitia, qvæ reverâ talia non ſunt; qvalia domi, in agris, templis, aris, cunis, gregibus, lupis, &c. occurrunt propemodum infinita. A qvibus eò celeriùs ac maturius caveri oportet, qvo magis nocent ſemel admiſſa & inveterata uſuq; ipſo paulatim recepta.

XIV.

In ſpecie. 2. Externa commodè per Tres vitæ humanæ ſtatus diſpertiri poſſumus, qvatenus vel attingunt *Religionem*, vel *Vitam communem*, vel *Artem medendi.* In vita qvidem communi qvatenus eveniunt *Agricolis, Venatoribus, Fabris, Militibus, Coqvis, puerperis, aurigis, eqviſonibus, upilionibus, Hortulanis, & ſic deinceps.* Ubi multa imò pleraq; omnia ſic ſunt comparata, ut qvamvis plenè magica & diabolica non ſint, re tamen ipſa idololatriam in currant *Indirectam* & *participatam*, adeoq; conſcientiam vehementer gra-

gravent, ut nisi agnita & fideli emendatione deleta vix animam ad cœlorum regna admittere videantur.

XV.

Ad religionem pertinent, *Exorcismi, benedictiones, consecrationes*, resq; *consecratæ* ipsæ, qvalia adhiberi solent à vetulis, imperitis, idiotis passim, vel per ignorantiam, vel per malitiam, vel lucri causa vel ex superstitione, ut sunt, 1. *Qvæ ex gentilisimo orta tacito qvasi consensu vigent.* e. gr. Festorum Sancti alicujus, Johannis, Andreæ, Nicolai observatio ad certum finem commodi alicujus consequendi gratia præconceptum, Kalendæ Maij, Januarii ritu gentium celebratæ, contrà qvas statuit Synodus Antisiodorensis Canon. 1. & aliæ plures. 2. *Quæ ad gentilium imitationem à Christianis falso* sunt detorta, idq; *per in advertentiam, dum non satis excussa sunt & considerata.* Cereorum funeralium v. gr. Sepulcrorum certa devotio, Baptismi profanatio, nummorum qvos patrimidant singularis efficacia, infaustum esse, si Cal. Jan. mali qvid obveniat; Feretrum ante ædes deponi non debere, nec vespillones ibidem qviescere Mortui caput non

Huc referde te ctionem occultorum per Crucem, & per Eucharistiam.

Vid. doctè Iuretum noris in Epist. Iuonis. p. 645.

Vid. Tertullian. de idololatria. cap. 14.

Vid. Kornmann. de miracu-

ſiu mortuorum. non eſſe obvertendum oſtio, ex qvo efferetur. Cadaver defuncti in conclavi ſine lumine non eſſe relinqvendum additis cuſtodibus.

Cereos accenſos in baptiſmo cum infantibus nomina imponerentur refutat Chryſoſtomus 1. Cor. 4. Homil. 22.

Vid. & Martinum de Roa Singular. l. 2. c. 2. omninò doctè.

XVI.

In communi vita *Omnis obſervatio circà numeros, tempora, conſtellationes,* &c. Superſtitioni eſt obnoxia, qvatenus rebus proſperis & adverſis applicantur talia tanqvam principium & principiatum aut neceſſarium antecedens & conſeqvens ut plurimum coordinantur. Qvujus generis & illa ſunt, qvorum nec ratio eſt nec forma ulla originis apparet, præter nudam vanitatem & inanias metas. e. gr. Annum & diem non incipere à parvo lucro, nec à magno ſi accidat ab homine malo & infauſto. Febricitans uti faſciam crurulem patibulo aſtringat & aſſulam inde abſciſſam ſecum deferat. Lorum dextræ crepidæ fractum. Mus corrodens ſacrum panarium. Metus lanæ flavæ, ſalis, ſulfuris, Gallus veſperi canens. Cir-

Vid. Theodoret. de curat. Gr. affect. ſerm. 6. Clem. Alexandr. l. 7. ſtromat.

Hujus generis non nul-

nulla vid. apud Plutarchum de superstitione.

XVII.

Circà artem medendi occupatior ferè est hæc Vanitas, qvam alibi, adeò, ut sæpè vel ipsa sit idololatria vel nonnunqvam Blasphemia. e. gr. Vinum non degenerat in vappam si vasi fuerit inscriptum: *Gustate & videte* ex ps. 34. v. 9. fore tamen efficacius, si pomum ita conscriptum in vinum demittatur. In universum hic cautè tractanda Hermetico magnetica & qvæ ei sunt à Crullio ac Fratribus Roseæ Crucis afficta & adnexa. Numerus pilularum in catapotiis. Colorum discrimen in fasciis, & reliqvæ in hominum constitutione usurpatæ φλυαρία. e. gr. Nocet, si manè primò omnium occurrat formosus vel deformis. Digitis manuum in felici extensione & admotione inesse differentiam. Oculus dexter saliens. Sternutatio, ominosum. Salivæ usus iejunæ in maleficiis. Virgines & si qvæ ab illis fiunt ad certos effectus majorem afferre efficaciam. Charta virginea. Cera virginea. Caput hominis esse sacrum, sputum in ignes. Despuere, idq; ter. Capillos esse reser-

V. Jan. Cornar. de Vin. l. 2. c. 15.

V. Sennert de Consensu Chymiorum. cap. 13. & seq.

Egregia huc facientia habet Sim. Episcopius Instit. Theolog. l. 3. cap. 1. num. 33. p. m. 139. 140.

tis mortuorum. non esse obvertendum ostio, ex qvo effertur. Cadaver defuncti in conclavi sine lumine non esse relinqvendum additis custodibus.

Cereos accensos in baptismo cum infantibus nomina imponerentur refutat Chrysostomus 1. Cor. 4. Homil. 22.

Vid. & Martinum de Roa Singular. l. 2. c. 2. omninò doctè.

XVI.

In communi vita *Omnis observatio circà numeros, tempora, constellationes,* &c. Superstitioni est obnoxia, qvatenus rebus prosperis & adversis applicantur talia tanqvam principium & principiatum aut necessarium antecedens & conseqvens ut plurimum coordinantur. Qvujus generis & illa sunt, qvorum nec ratio est nec forma ulla originis apparet, præter nudam vanitatem & inanias metas. e. gr. Annum & diem non incipere à parvo lucro, nec à magno si accidat ab homine malo & infausto. Febricitans uti fasciam crurulem patibulo astringat & assulam inde abscissam secum deferat. Lorum dextræ crepidæ fractum. Mus corrodens sacrum panarium. Metus lanæ flavæ, salis, sulfuris, Gallus vesperi canens. Cir-

Vid. Theodoret. de curat. Gr. affect. serm. 6. Clem. Alexandr. l. 7. stromat. Hujus generis non nul-

nulla vid. apud Plutarchum de superstitione.

XVII.

Circà artem medendi occupatior ferè est hæc Vanitas qvam alibi, adeò, ut sæpè vel ipsa sit idololatria vel nonnunqvam Blasphemia. e. gr. Vinum non degenerat in vappam sivasi fuerit inscriptum: *Gustate & videte* ex ps. 34. v. 9. Fore tamen efficacius, si pomum ita conscriptum in vinum demittatur. In universum hic cautè tractanda Hermetico magnetica & qvæ ei sunt à Crullio ac Fratribus Roseæ Crucis afficta & adnexa. Numerus pilularum in catapotiis. Colorum discrimen in fasciis, & reliqvæ in hominum constitutione usurpatæ φλυαρία. e. gr. Nocet, si manè primò omnium occurrat formosus vel deformis. Digitis manuum in felici extensione & admotione inesse differentiam. Oculus dexter saliens. Sternutatio, ominosum. Salivæ usus jejunæ in maleficiis. Virgines & si qvæ ab illis fiunt ad certos effectus majorem afferre efficaciam. Charta virginea. Cera virginea. Caput hominis esse sacrum, sputum in ignes. Despuere, idq; ter. Capillos esse refer-

V. Jan. Cornar. de Vin. l. 2. c. 15.

V. Sennert de Consensu Chymiorum. cap. 13. & seq.

Egregia huc facientia habet Sim. Episcopius Instit. Theolog. l. 3. cap. 1. num. 33. p. m. 139. 140.

reservandos, si præ scindantur, Hominem die Dominico natum opponi posse spectris. Contrà tempestatem præcidere ungves.

V. Adriā. Junium Animadvers. l. 4. cap. 12.

XVIII.

Pervasit hic tractus propè omnem rerum Naturam, ut vel hinc satis elucescat, Dæmonis arbitrio sistaret ipsi aëri afflaturum esse venenum. Nam & plantæ & arbores involvuntur. Qvarum aliæ *Felices*, aliæ *infelices* censentur, Sic ficus atra, & qvæ vulgò baccam nigram & fructus nigros ferunt, acrifolium, pirum silvaticum, prunum rubrum, sentres &c. adhibentur, ad mala portenta prodigiaq; comburenda. Confer. Arnob. l. 1. adv. Gentes.

V. Macrob. Saturnal. l. 3. cap. 20.

XIX.

Imò & annuli. Qvorum præsagiis & fatidico in aqvis sonitu usi gentiles & cum iis Symbolisantes hodiè Christiani. Vid. Clem. Alex. Pædag. l. 3. c. 2. & l. 1. Strom. ubi Execestum Phocensem allegat. Neq; peregrina sunt & ignota, qvæ de annulis dæmoniophoris indies feruntur. Qvo pertinent annuli regum Angliæ, qvos die parasceuæ Paschalis conse-

Confer prolixè Licetum. cap. 18. 19. 21. 22. 23. qvod est de annulis superstitiosis 24. 25.

consecrare solent apud *Polyd. Virgil. l. 7. Hist. Anglican.* *V. Cardan. de Variet. rer. l. 13. cap. 83.* Meretur hic legi Carmen doctissimum H. Grotii de Annulis.

XX.

Neq; carent superstitione vel in tantum vel ex toto, qvoad abusum & qvidem Paracelsicum, *signaturæ in Herbis & plantis*, qvas constellationi & planetarum dominiis subjiciunt, ad certas & proprias morborum curationes in partibus humani corporis, qvas in charactere figurant. *Piè & doctè refellit & examinantem se commendat D. Senneri cap. 28. loc. alleg.*

XXI.

Certum qvippe est & ἀμετακίνητον, observationem illam vanam esse, qvæ ex similitudine in purè externa qvantitate, figura, colore infert qvalitates s. facultates specificas ad certum operandi finem e. gr. qvando docent: *Medicamenta qvædam à similitudine prodesse* & *miro modo à morbis liberare, eò* qvod unum alterius *habeat anatomiam.* Qvod manifesto falsum cùm experientia revincit, tum logi- *V. Croll. designatur. pag. 60. 61. seq.*

eorum παῖδες refellunt, dicentes: *Collectionem scientificam non dari ex similitudine.*

XXII.

Paris considerationis & æstimii est Sympathia superiorum cum inferioribus, qvâ ex conjunctione astrali atq; elementaria colliguntur medicinæ sympatheticæ & astrales. Qvæ enim hic à curiosulis in contrarium adferri solent operosè non minùs qvam religiosè confutat D. *Sennert. l. cit. c. 5. 6. 10. 18. p. 71. 123. 216. 342.* Cujus rei exemplum insigne datur, ungvento armario. Nam qvod non nulli addere solent de *curatione strumosâ* regum Franciæ & Angliæ altioris indaginis esse cum A. Riveto arbitramur.

Qvod eruditè ac prolixè ostensum vide à Jacobo Primorosio Anglo in Tr. de Error. Popular. l. 4. p. 217. c. 48.

Vid. Rivet. Not. Epist. ad Balsacum. cap. 19. pag. 6.

XXIII.

Ut & collectio Herbarum medicinalium cum cantu orationis Dominicæ & Symboli. Effusio aqvæ subtus feretrum mortui pro sanitate. Mittere filium vel filiam super tectum & forna-

Vid. Burchard. l. 19. p. 270.

Præclara hunc faci-

cem

cem eundem in finem. Homini occiso ungventum in manus dare & cum eo sepelire, ut illo ungvento vulnera sanentur. Divinatio de exitu morbi, ex lapide ante fores ægroti revoluto, si subtus eo sit qvod vivat, lumbricus, formica, musca. Talpæ fossura parietina pro indicio morituri.

entia habet Leo Allatius in Epist. de Superstit. Græcorum pertot.

XXIV.

Ad majorem cautelam non gravabimur adhuc plura & propiora ad rem huc coacervare. Caveantur ergò summopere 1. Carmina & incantationes, qvibus sangvis sistitur, vel in homine, vel in eqvis & vaccis. 2. Vel alii morbi in pedibus, oculis &c. à vetulis sufflaminari solent. 3. Curationes per imagines cereas, in qvas transferri posse morbos creditur à vanis. 4. Transplantationes, sic dictæ in foramina arborum, qvercus, ilicis &c. 5. Libelli curationum Salomonearum supposititii, ficti, magici, & blasphemi. 6. Herbæ D. Joannis Bapt. paulò ante auroram decerptæ, adversus infausta qvæq;. 7. Gestatio Evangeliorum de collo pendentium qvod jam suo ævo refellit *Augustinus* Tr. 7. in Joh. 8. Vibratio gladii ad occur-

V. Ann. Robertū l. 1. rer. judicat. Capit. 5. Delrio disqvis. Magicar. 6. c. 2. section. 1. qv. 1. p. m. q. 24. seq. Vid. Mersennum Commēt in Genesin Cap. 2. v. 12. p. 11. 61. seq.

Raijnold. Prælect. Apocryph. Tom. 2. præceteris. V. Annal Baron. I. ad Ann. Chr. cxxxii. ccccLxv. Dc. iv. Dcccxxcvi. V. Codronchum l. 3. de Morb. Venef. Cap. 13.

sum spectri. 9. Plumbi liqve facti contrà maleficium applicatio.

XXV.

Maleficium porrò qvandoqvidem incurrit in experientiam satis crebram, & multis ex amore sanitatis ansam præbet peccandi horrendum peccatum, prætermittendum nobis nullo modo esse videtur.

XXVI.

De Philtro vid. in illud Theocriti. ἶϋγξ ἕλκε τὺ τῆνον, ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.

Estq; vis nocendi aliis, ex pacto & concursu dæmonis. Divisio hujus fit in *Amatorium* & *Veneficium*. Illud solet vulgò dici *Philtrum*. Cujus usus est ad amorem carnalem vel odiú excitandum, dæmone hominis non qvidem voluntatem, sed tantùm phantasiam exagitante. Qvare statuere scholæ solent, tales maleficiatos si peccent, omni modis excusatos non esse, qvia libertas non aufertur. Hoc vero, *Qvo alicujus bonis vel personæ damnum infertur.*

Hein-

Heinsium, Horti bonum. & de la Cerd. Eclog. 8. Virgil. *Memorabile cumprimis exemplum habes in* Cuspiniano Ann. 1330. *de Friderico Austriæ duce, cujus perpetuam gratiam nobilis mulier marito suo conciliatura philtrum propinavit, ex qvo Dux sensim tabescens defecit.*

XXVII.

Ad medendum huic malo curâ cautissimâ opus est ob nimios errores passim hic regnantes. Qvales sunt ferè præcipui isti. 1. Maleficam non posse maleficium tollere, nisi libertati è carcere restitutam. Qvod sanè potest, si vult, etiam num carcere conclusa, removendo signum. 2. Scopis in ostio expositis impediri, ne exeat. 3. Vel soleis, crinibus, aut a cubus ejus in ollam ferventem conjectis, cogi, ut accurrat, & juvet. 4. Verberibus aut vi maleficos adigere ut maleficium tollant. 5. Contrariis contraria maleficia extingvere, qvo nihil horribilius e. gr. Philtrum odii maleficio, nempè, columba nigra consecrata, divisa, comesta: Maleficium odii, hostia eucharistica ori in clusa osculari eam, qvam desiderant.

(Hufeisen ins Feur legen.) V. M. *Delrio disqvisit. Magic. l. 6. cap. 2. Sect. 1. Qvæst. 2. Azor. Institu. Moral. Tom 1. l. 9. C. 16. Dianam Part. 8. Tom. 7. Resolut. 53. Lessium l. 2. cap. 44. dub. 6.*

XXVIII.

Qvibus omnibus Dæmon nihil qværit aliud, qvam ut peccatum pecca-to tegat & augeat. Cæterum Christiani norint; *Malum faciendum non esse, ut inde eveniat bonum.* Remedia è medicina pe-tita eatenus adhiberi poterunt licitè, qva-tenus adhibitis è natura venenis intelligi-tur morbus esse immissus. Preces autem & piorum intercessiones optimam adfe-rent curationem. Neqꝫ audiendi Pon-tificii Moralistæ, qvando permittunt, ut maleficus cogatur tollere qvod immisit, *etiamsi constet eum id facturum per novum maleficium.* Qvod valdè auribus piis est horrisonum. Vide Levitic. 19. v. 2. & Cap. 20. v. 6. De qvo infra Capit. 4. pluribus, cum bono Deo.

V. Sanchez. l. 7. de Matrimon. dub. 45. num. 45.

Vid. prolixè l. 7. c. 2. sect. 2. quæst. 2. 3. Delrio l. citat.

XXIX.

Non exiguum momentum hisce ineptiis, sed valdè exitiosis afferunt duo peritorum genera. 1. *Mathematici.* 2. *Occultarum qvalitatum nimii defensores.* Contrà qvos in genere tenenda regula:

V. egregiè Thō. Part. 1. qv. 45.

Dæme-

Dæmones à rebus corporalibus & naturalibus non affici. Et sic, *Neq; subiici corporibus cœlestibus.* Qvia non sunt naturæ corporeæ, nedum sublunaris & elementaris. Ideoq; cœlum nihil illis imprimit.

articul. 5. Et ex professo Gijb Voet. Disputat. select. Tom. 1. de operationibus Dæmonum.

XXX.

Pariter falsum est, Manifestis qvalitatibus primis aut secundis, fulgoribus, coloribus, odoribus, sonis, cantu, musica, & peculiaribus dispositionibus corporum ac Temperamentis Dæmonas allici aut fugari. Qvando qvidem capaces non sunt Spiritus voluptatis aut doloris sensitivi 2. Destituuntur sensibus & organis sensuum; qvorum objecta sunt res sensibiles, qvæ voluptatem aut dolorem afferunt.

V. Cardan. de Var. rer. l. 16. cap. 93. Rhodig. in l. 2. cap. 18. Delrio l. cit. l. 2. quæst. 12. sect. 3. & lib. 6. cap. 2.

XXXI.

Ubi summo studio *Naturalia a Vanis, & Vera à Putatitiis ac phantasticis* vel deniq; magicis aut certè superstitiosis discernenda occurrunt. Verè enim hic contingit, ut cum natura benè coepta paulatim

V. Prabantem hoc Libavium Medic. in Exam.

Famæ Fr.Rosea Cruc. & D. Sennert. l. cit. cap. 5. 10, 13.

latim degenerent vel desinant in Superstitionem.

XXXII.

Qvæ res in immensum mox se porrò diffundit, ita ut Astrologiam, Arithmeticam, Geometriam, staticam &c. pervagetur. In qvibus mira operandi beneficio incautos illaqveat & circumvenit. e. gr. *Eucharistia Archimedis, Omnipotentia Stevini, Machinæ mirabiles scansoriæ*, tractoriæ, *Speculaurentia Procli, Heronis Hydraulica, Anemogogica, Aviculæ canentes Boëthii, Alberti Magni statua loqvens, Silvestri 2. Papæ caput loquens &c.*

XXXIII.

Lib. 9. Antiqv. Lect. cap. 20.

Ut verissimum sit qvod Cœlius ait: *Ex Astrologiæ sinu profluxisse omnium superstitionum Vanitates, & mox*: Jam & magiæ clavis commemoratur astrologia. Nam qvid de chiromanticis dicemus? A qvibus excogitata scimus in manuum volis 7. montium supercilia, qvæ cœlestes præferunt Planetas. Cæterùm hæc omnia potius esse deliramenta & vanissimas

Vide omninò & Confer. Prolegomena Cl.

mas vanitates, qvam documenta, vitæ usibus concinnata, nemini non arbitror liqvere.

Salmas. in Libr. de Climactericis.

XXXIV.

De similibus, qvæ nominare supersedemus, idem esto pio & cordato Lectori judicium.

XXXV.

In vulgo & trivio communis vitæ *Superstitiosa* illa omnia censentur, qvæ naturæ, pietati & rectæ rationi vel adversantur, vel non respondent, vel caussis certis earumq;. ἀναλογιάις, si forte sint occultæ hactenus, se non æ qvi parant aut plane subducunt. e. gr. *Nocte natalium Domini jumenta omnia in pedes surgere.* *Rosam Hierichuntis tunc itidem aperiri.* Sal & *Panem esse sacrum Aurium tinnitũ esse ominosum. Habet quatuor pedes albos.* Die Lunæ non fas est, sepelire mortuum, aut incipere novum opus. Infantes saliva ungere contrà Oculorum fascinum. Veneficas posse Gratulando vel intuitu nocere. (qvod tamen cum grano salis accipi velim.) Malleum ostii, ubi puerpera decumbit albo lineo in volvere,

Multa necessaria huc faciunt, qvæ allegat & refellit Cl. Leo Allatius in suo libello de opinationibus recentium Græcorum ad Paullum Zachiam.

Ao. 1645 Coloniæ Vid. la Cerda in Eclog. Virgil.

vere. Num erum 30. mum in faustum ducere, hac formula. Dreissig mit GOtt. Hydropem vel Dæmonem nominando exspuere, cum hâc formula: *Aqua, despuatur.*

Nescio qvis teneros oculus mihi fascinat agnos. *& Delrio in disqvisition Magicis*

Quia scil. Judas 30. argent. Christum vendidit. Cætera de Despuendi ritu ex gentilismo vid. in Not. ad Petron. Wovverii. *& ad illud* μακρὰ πτύειν Casaubon. in Theophrasti Characteres.

XXXVI.

Qvò referimus Εὐφημισμὸν sternutationum, Malarum vocum, Pestis &c. Ut & observationes Festorum certo anni tempore, velut omina pluviæ, serenitatis, gelu, frigoris, annonæ, e. gr. *Medardi, Pauli, Joannis, Margaretæ, Matthiæ,* Purificationis & sic deinceps, Diem Freæ, sive sextum in septimis, vel à septimo qvintum, qvem Veneri vulgò tribuunt, suam tempestatem ferre. Illam v. qvæ Christi mortem vidit, Kar-Freitagk esse procellosam. Sub Diem Dominicum si morbus remittat, in faustum esse.

Porro

XXXVII.

Porro, Herbam Artemisiam certo die et hora effossam carbones ostendere, qvos de collo contrà febres suspendunt. Pæoniam adversus tempestates & spectra esse amuletum. Panem Baptizatum cum sale, contrà Diaboli tentationes. *Mandragoram, comtam vestitam, nutritam domirem augere.* Si mater mortuum infantem osculetur, & reliqvi post id moriantur, culpam in osculo esse. *Trifolium si cum qvatuor foliis inveniatur, felix esse, & indurare cutem adversus tela & enses.* Die S. Stephani eqvis venam secare, sanum esse. Bruta curare certis formulis, crucibus, signis, verbis. Inqvirere de colore ægri. Sanare animal *tàm verè qvam Joseph.* &c. Uti formula: Antè parantè, Gallicè, Alligare idem plantæ virginis. qvæ nondum fructum tulit. Pedem bruti fortiter premere cum hâc voce: *Consummatum est.* Eqvi claudi auribus insusurrare certas voces. Caudam ejus in nodum constringere. Oculo hominis nocere sub Communione durante per incudem & malleum. Morbos adjurare Feria sextâ. Capillos mittere in profluentem. Sangvinem sistere cum

V. Abrah. Scultet. Concio. 2. in Esa. cap. 47. Conf. plura in Joann. Meltoni Angli Astrologastro. *ann. 1610. p. m. 8. Hæc & similia plura taxat Jesuita. Gallus Chavassius l. 1. c. 9. de prudentia perfecta. ubi* populares vo-

cat in Gallia opiniones. cum formula: *Christus natus in Bethlehem.* Aurum hæreditate translatum, mederi. Annulum pronubum consecrare & abuti.

Cavere jubemus à Casistis novis in Ecclesia Romana Bressero l. 6. cap. 21. §. 291. Bonacina T. 2. disp. 3. qv. 5. punct. 3. §. 18. &c.

XXXVIII.

Judicum in cautorum & illud esse solet, Sagarum corpora ideo supernatare, qvod aqva non possit recipere eas, qvæ Baptismum ejurarunt. *Non posse flere in torturis Scamna & eqvuleos esse sæpè mutandos ac transferendos.*

XXXVIIII.

Talia sunt: Ars planetaria. Chiromantia. Inventrix gazarum. *Nutricum*, infantes cum galea natos esse felices, & adversus ictus ferri & sclopeti immunes sive tutos. Cunas vacuas non esse movendas. Verrendum non esse subtus, ne infans somnum amittat. Puerpera recensà partu, sal manui impositum lingat, reliqvum trans caput jaciat.

Muniendi milites. vulgò dicta, Ars Passaviensis. Confer infrà cap. 3. & 5.

LX. Sic

XL.

Sic *Coqvi* ſolent prohibere. Ne ſputo ignis irritetur, Aurigæ feſſis eqvis aqvam præbentes inſpuere, ne noceat. *Opiliones*, peda ſchedulis inſcriptis ſanctorum nominibus defigere in terram, cum diſcedunt, contrà lupos. Oves morbidas perfiſſam arborem trans ducere. *Milites*, ictus ſclopetorum incantare, corpus indurare. Virgulis divinis uti: *Venatores* Libera jacula, Freie Schüſſe / adhibere. Vulgus medicorum, *Pilulas impares numero propinare.*

Qvod malè dedit Canõ hierus ad Hippocrat. Aphoriſmos præfat.p.40.

XLI.

Huc et pertinere cenſemus, Arithmeticos iſtos, qvi Numeros Pythagoricè conſideratos vendunt, ut omnium rerum cauſſas, & problematum ſolutionibus natos. Qvales ſunt Algebraici ex ſua Algebra panſophiam promittentes. Adde Numerorum ſcriptionem in chartis et ſchedulis ad aliqvid operandum. Et in univerſum, *Cujuscunq; numeri Obſervationem, conſcientia aut opinione ſanctitatis, præſtantiæ, efficaciæ præ aliis ad effectus divinos, civiles, naturales.*

V.Valleſ. Sacr. Philoſ. cap .70. Et è Societat. JeſuBettinum in opere vaſto qvidem & benè docto, ſed cum cautelâ

velà legendo. V. Canonhier. loc. cit. l. 4. Aphorism. 35.
Cavere jubemus à libello Ann. 1615. edito cum titulo Mysterium Arithmeticum.

V. M. de Roa lib. de die Natal.

V. A. citat lib. 4. singular. Cap. 11.

XLII.

Diversa est ratio euntium per templa aperto ut plurimum capite. Fieri qvippe illud solet, & ita creditur ac decet in honorem Dei, cujus cultui templa sunt peculiariter dedicata; ita tamen, ut absit opinio necessitatis vel cultus obligantis.

Anteqvam concludamus, è re fore arbitramur adjicere & ista: Non carere omnino Superstitione *Fasciam s. Vinculum* illud sericum, qvo die Natali solent ligari amici. 2. *Strenas mittere* olim stante adhuc gentilismo à Christianis esse prohibitum, Hodie periculum symbolizationis ethnicæ esse sublatum, & licitum esse. 3. In aulis cum advertentia usurpandam esse *Pilei detractionem*, qvoties itur per conclave, cujus paries exhibet Principis effigiem 4. *Genu flexionem* virguncularum & gynæcei modeste usurpandam, ne, qvod facile fieri potest, Superstitiosa observantia se immisceat.

XLIII.

Reliqva, qvæ dicere forsan potu-

erunt

erunt, pietati & industriæ Lectoris transcribimus, qvi huc tanqvam in certas classes congeret, qvæ obvenire suo loco intellexerit, qvomodo allegata in marginibus præire inceperunt.

CAPUT TERTIUM.

De operatione & effectu ejus Quid, qvantum, qvousq; valeat. Ubi & discernuntur vera â falsis.

I.

Superstitio S. Vana observantia, qvo sensu hic cumprimis accipitur ex se & per se nullum habet effectum, ubicunq; se exserat & in qua cunq; parte actionum humanarum. Qvamobrem si qvis effectus seqvi solet 1. vel est *Casualis.* 2. vel ex *pacto cum Dæmone tacito vel expresso.* Qvi operatur etiam sine intentione adhibentis.

1. Cor. 8. v. 4. οὐδὲν ἐστιν in mundo tam idolum, qvam qvæ eò spectant & reducuntur istius generis. Conf. Sapient. cap. 13. v. 17. 18. 18. fusè & cap. 14. per totum.

II.

Plusculè accidit, ut observantiæ effectus

Dicitur Vana.

effectus, qvando seqvitur, ascribatur à vulgo, qvi tamen nullus est, & sæpe numero purè *Naturalis*. Nam cum res ipsa mera sit opinio, nullo fulcro, nullo fundo plena operam & effectum producere ex se non valet. Qvare & in Scholis *Vana observantia* appellatur idq; rectissimè.

v. ratione originis, qvam habet à Patre mendacii. Johann. 8.

2. ratione actus, *qvem in Vanitate mentis exercent, qvotqvot perpetrant Rom. 8.* ματαιότης

3. ratione effectus, *qui nullus est ex se & per se. Unde Ebræis nervosè dicuntur* אלילים. Vid. & conf. suprà §. 1.

III.

Igitur necessariò relinqvitur 1. aut *Deum*. 2. aut *Naturam*. 3. aut *Dæmonem* efficere. Bonos Angelos subinnuimus, qvando Dei mentionem facimus. Nihil qvippe hi sine Dei nutu designant. Est & artificialis Hominum sæpe effectus, qvi ab imperitis habetur pro superstitionis eventu.

Altioris indaginis est, qvorsum referenda putemus, qvæ apud Athanasium in Vita Antonii, Gregorium Turonens. l. 4. cap. 16. 20. Aug. Confess. l. 7. cap. 12. *legimus de viris sanctis & piis vel ex apertione fortuita Scripturæ vel auditione sententiæ emendatis & ad Deum conversis. Certè minus probari debent cordatis Christianis,*

anis, quæ Nicephor Gregor. l. 8. *c. 24. recenset de Orientis Cæsare Andronico, p. m. 38. Quomodo aperto Psalterio dubitationum suarum explicationem quæsiverit, oblato statim primo versu: è Psal. 68.* Dum cœlestis dissociat reges, nive conspergentur in Salmon. *Ego sanè factum non tàm laudo, quam pietatem, quâ usum Historicus memorat Cæsarem, dum ex dicto psalmi interpretatur reconciliationem.* Vid. loc. citat. *Quo & refero apud* Gregor. Turonensi. l. 5. c. 14. *Quod super Sepulchrum S. Martini tres codices Biblicos poni solitos memorat, quos consulentes singulos seorsim aperiebant.*

IV.

Quæ omnia cùm ad Quatuor Classes referri possint, cætera cum judicio discretivo ad Vanitatem & illicitam observationem redigi debent. Ita ut omnis actus s. effectus verus, bonus & licitus sit vel, 1. à Deo, divinus. 2. à Natura in cursu suo agente, & Naturalis. 3. Ab arte Humana, & Artificialis. 4. à Dæmone, per tacitum concursum & operationem latentem, & Diabolicus.

V.

Qualitatum occultarum vis atq; *Vid.* D. D mira *Sennert.*

de Consens. Chymicor. cap. 8.

mira efficacia facilè à pia doctâq; prudentia discernetur, ut neq; ea, qvæ illicita verè sunt, inveniant inter illa Dei in natura miracula latibulum, neq; patiantur jacturam suæ dignitatis per ignorantiam. Qvalia si occurrant dubia, rectiùs facturos esse contendimus, si consulant eruditos & probos Medicos. De qvo vid. *infra cap. 5. & ultimo.*

VI.

Relinqvitur ergò, *Effectum talium Superstitionum non esse, si qvis est, promiscuè habendum*, sed summopere cavendum obvicinum periculum animæ & Dei gloriæ offensam. Qvod & intelligi volumus de abstinentia illa vana, qvam *Cap. 2. præced.* prolixiusculè perstrinximus.

VII.

Sunt autem pro rerum & materiarum differentiâ effectus pariter diversi atq; ob id distingvendi in usu & conversatione qvotidiana. E. gr. Alius effectus in iis, qvæ Numeros, alius in illis, qvæ stellas, alius iterum in istis, qvæ artem medendi, sanandi, nocendi & sic deinceps consequuntur, aut qvod conse-

qvan-

qvantur, existimari solent. Qvorum omnium qvà naturalia sunt, qvà artificiosa, qvà vetita & superstitiosa accurata debet teneri atq; investigari notitia.

VIII.

Qva in re ut, qvantum fieri breviter potest, succurramus infirmitati multorum talia vel contemnentium, vel non satis æstimantium, paucas afferamus *Diacriticas regulas*, ad qvarum normam vel poterunt in praxi redigi aliæ plures, vel illuc referri *similes*, *analogæ* & *coordinatæ*.

V. Martin. Delrio. l.cit. lib. 2. q. 5. Less. lib. 2. cap. 43. dub. 6. 7. 8. 9. 10. & cap. 44. ac seq. dub.

IX.

Primò, observetur Effectus, qvi intēditur aut producitur, Qvoties naturæ vires superat, nec tamen è Verbo Dei sive directè sive indirectè constat, eum esse divinum ordinarium vel extraordinarium & miraculosum. Tunc enim cauto opus est.

X.

Secundò, Si constat, rem, cui ille effectus tribuitur, nec à Deo, nec à Natura vim istam habere.

XI.

Conf. Gregor. de Valentia in D.Thom. 22. distinct. 6. q. 12. punct. 11.

Tertiò, Si artificii Humani solertia post illa jam dicta non invenitur, nec à peritis dari censetur ex inductione similium &c.

Et Laur. Beierlinck. *Theatr. Tom. 2. voce Divinatio. p. m. 192. 198. ubi multa qvæ hæc illustrant.*

XII.

Quartò, si actio ipsa vel fuga s. abstinentia vel Omissio in Scripturis divinis neq; *qvoad Verba*, neq; *qvoad Sensum* neq; *per exempla* saltim qvadantenus & reciproco argumentandi modo non contineatur.

XIII.

Quintò, si tale factum non pertineat vel ad vitam animalem, vel civilem vel religiosam ita, ut sive necessaria sit, sive utilis. Tunc qvippe inter *Otiosa, Vacua, Superstitiosa* deniq; locum merebitur.

XIV.

Sextò, Si ii, qvi talia sectantur & usur-

usurpant, nolint aut non valeant rationem, modum & fundamenta exponere atq; adducere, *curet qvomodo* hæc ita fiant. Jure enim tunc recensebitur istud qvod sub manu est, inter opera tenebrarum ad minimum. Rectissimè sibi consulit, qvi tam diu abstinet, donec ad plenum conscientiam in formaverit. Johann. 3. v. 19. 20. 21.

XV.

Septimò, Qvando reqviritur fides vel in *rem*, qvod vera sit, vel in *personam*, qvod sanare, prædicere, nocere possit.

XVI.

Octavò, Si qvis utitur verbis, formulis, sententiis, dictis, ex Verbo Dei petitis, descriptis aut pronunciatis. Huc pertinet, *Si integer Scripturæ liber ad caput admoveatur*, sedando dolori.

Huc refer illud apud Surium Tom. 6. *quod Elisabetha Landgravii uxor fecisse legitur, qvando pro voto ter ordine interrupto sorte jecit Joannem Apostolum in tutelarem suum. Quanquam enim jam ante annos 400. ritus talis in usu esse apud Cæsarium lib. 8. cap. 56. inveniatur, ipsa res tamen clamat Superstitionem. Revocavit idem Societas Jesu in suis*

Regulis, qvæ per menses singulos novum adsciscit sorte Patronum. Ribadeneira in Vit. Borgiæ lib. 1. c. 1. & l. 4. c. 4.

XVII.

Nonò, Si qvis usurpat Opera pia, & sancta ac religiosa in rebus vanis, & qvæ ad cultum divinum nec directè nec indirectè pertinent.

XVIII.

Decimò, Si efficacia aliqva adscribitur Figuræ, characteri, numero, rythmo, contactui per observantiam. Qvo referimus circuli perfectionem aut præstantiam ad singularem qvandam efficaciam, sive in natura, sive in religione.

XIX.

Undecimò, Distingvere oportet *Res actionesvè*, qvatenus considerantur *in se & materialiter*, & qvatenus sumuntur *Formaliter*, scilicet, cum sua vana observantia, sive, *Cum respectu & additamento illo Superstitionis*.

XX.

Duodecimò, Discrimen habendum

idq;

idq; ſedulò & prudenter, inter rem & circumſtantiam rei *nullum alium uſum* habentis præter iſtum, qvi Superſtitioni eſt appropriatus, & inter *uſum rei communem* ſ. adiaphorum & indifferentem qvem habet præter iſtum aliunde per Vanitatem ſuperinductum.

XXI.

Decimò tertiò, In obſervantia temporis & Locorum differentia habenda certa & limitata; qvod fiet, ſi diſtingvantur à prioribus, à diſſitis & alienis, ut & ab exoletis. e. gr. Olim propter ſpeciem vanæ obſervantiæ tunc vigentis à qvibus ut hodiè abſtineatur, ratio nulla poſtulat. Qvale eſt illud de *Strenis Calendarum*, qvarum ſuprà jam facta eſt mentio.

Hic dijudicanda ſunt, 1. Oleris certa collectio per numerum ſpecierum imparem die viridium. 2. Ova Paſchalia. 3. Die quadrageſimo primo lebetum certorum in verſio & ad certos uſus feliciores deſtinatio & id genus plura.

XXII.

Decimò qvartò, Poteſt ferè totum hoc caput redigi ad hæc qvatuor majoris diſcretionis & fugæ cauſa. 1. Aut eſt illa temporis obſervatio *Phyſica & Aſtronoma*,

Conſ. qvæ habet plu-

rima id. genus Beier-linck Tom 7. Theatr. *Gen. 1. v. 14. Matt. 16. v. 3. Actor. 27 v. 9.*

ma, qvo & pertinent *Nautica & Georgica*. 2. Aut est *Chronologica*. 3. aut *Medica*. 4. aut *Moralis*. Prima fundatur in Verbo Dei, & in subsidium vitæ humanæ à Deo est instituta. Altera consistit in Æris, Epochis, Synchronismis, Ephemeridum adversariis &c. Tertia, in Diebus Criticis, Pharmacis, evacuationum momentis, climactericis. Ubi notandum, Qvod non numero qvà tali, sicut neq; tempori nec astris ut causæ propriæ qvidqvam tribuatur vel tribui debeat, sed Complexioni humorumq; naturali cuidam periodo. *Qvarta*, complectitur, Politicam, Oeconomicam, Sacra, ex Ephes. 5. v. 16. Luc. 21. v. 44. Matt. 24. v. 41. Eccles. 10. v. 17.

Conf. Canon-bier. in Hippo-crat. Aphorism. lib. pag. 541. 642. 744.

XXIII.

Vid. prolixè Delrio Disquisit. lib. 3. Part. 2. quæst. 4. Section. 5.

Qvicqvid adversus hæc eveniet, vel ab his exorbitat, ad vanitates refertur & Superstitionem. Qvia tempus nullam habet activitatem.

XXIV. Eadem

XXIV.

Eadem ratio militat in abusu *Vocum & Verborum*. In qvibus duo si benè discernas, bene judicabis. Materiale & Formale. *Illud*, est sonus, figura, color. *Istud*, significatio. In priore, naturale est, affectio aurium & oculorum Naturalis. In posteriore, notificatio conceptuum mentis per signa, qvæ nos informant de rebus per ea designatis. Qvod ultra est, deputatur vanitati.

Vid. Delrio l. cit. lib. 1. c. 4. qv. 3. 4. per totum.

Huc volumus referri sonitum æris cymbali in apibus sistendis. Domi, ruri, in hortis, ad ulteriorem inqvisitionem. v. Magium de Tintinnabulis.

XXV.

Decimò qvintò, Sumuntur indicia qvædam *ex causis*, earumq; qvalitate, qvæ usurpantur, utpote cum nec ab arte, nec à Natura, nec à Dei miraculo vim habeant, ad talem & talem effectum v. gr. Verba exotica, characteres, sigilla, numeri, imagines, specula. 2. Qvædam *ex circumstantia Eventus*. v. gr. Si absolutè, aut tàm brevi tempore perfectus Naturæ & Artis humanæ virtutem exsuperet.

Decimò

XXVI.

Decimò sextò, In ad hibitione Sacrarum formularum & verborum 1. Suspectum esse debet, qvod balbutitur vel lingva ignota, vel male pronunciata. 2. Qvod personæ adhibentis & non cuivis fideli cum usu suo & eventu ascribitur. 3. Qvod usum doctrinalem excedit. Sicut scriptura dicit: Δύναμιν
Rom. 3. & c. 10. esse ad salutem per modum prædicationis.

XXVII.

Vid. d. Sennert. l. sæpius alleg. cap. 13 14. M. Delrio lib. 1. cap. 3. qv. 3. Ante omnia adi Cl.

Decimò Septimò, In curationibus magneticis & prætextu occultæ qvalitatis tenendum probè, 1. Ubicunq; est Sympathia, vis magnetica, Antipathia, ibi est communis & æqvalis experientia. 2. Nec reqviritur Fides peculiaris tum ex parte applicantis, tum alterius consulentis. 3. Neq; pendet applicatio sive operatio ab hoc homine magis, qvam ab illo; qvia non inter venit Hominis arbitrium, utpote in Causa Naturali non voluntaria.

Sperlingium *in Discursu de motu virgulæ divinæ ad scrutandum aurum.*

Hic

XXVIII.

Hic admonemus simplices & imperitos, ne se patiantur falli experientia subsecuti tamen ut plurimum effectus. Nam is rebus ita jacentibus procedit ex arbitrio Dæmonis, non ex constanti mediorum aptitudine. Accommodat se veterater fraudi, & Superstitiosis istis mediis præsto est sive Cedendo, velut efficacibus, sive agendo per illa, tanqvam ordinaria. *Quæ omnia Deus permittit, per modum Iustitiæ, puniendo tum Curiositatem, tum superbiam, malitiam incredulitatem & ingrati animi crimen.*

Confer. Aretii Problemata. Loc. 176. 177. ἐνέργεια πλάνης *V. Deut. 12. v. 3. 2. Thess. 2. v. 10. 11.*

XXVIIII.

Sicut & accidere potest, ut qvi omnis mali ignari imo osores sunt, hic in peccatum incidant incautè adhibendo vel admittendo istiusmodi nugamenta. Unde pro axiomate hoc casu tenendo subjicimus.

XXX.

Qvod vis & efficientia illa, qvæ tali contingit & in tali effectu non est à Materia, nec à formâ externa, nec à Deo, sed conseqventer à Dæmone, utut illi dicant,

Conf. è scriptura coloss. 3. v. 6. Philipp. 3. v. 16. dicant, se hoc minimè intendere sive directè sive manifesto, tamen à participatione mali eximi neqveunt per indirectum.

1. Cor. 10. & Cap. 8. de idolothytis.

XXXI.

Decimò octavò, Deniqs qvia, ut ex ante dictis patet in hisce & consimilibus maximopere juvat scire modum & mensuram ejusmodi effectuum à Dæmone emanantium tam *directè* qvam *indirectè*, tam *expresſim*, qvam *tacitè*, id circo in fine Tmematis subnectere tabellam qvandam visum est, qvæ per Dei gratiam ducat inoffenso pede ambulare hic cupientes.

XXXII.

Τὸ πᾶν τῦτο. Esa. cap. 44. v. 23. Rom. 1. v. 19. 20. Exod. 8. v. 19. V. Gisbert.

Ac primò qvidem, 1. *Circa universum*. Non potest creare aliqvid s. mediatè s. immediatè. Nec annihilare. 2. Non potest mundum evertere. 2. Petr. c. 3. 3. Nec ordinem Totius & leges invertere. Supera inferis miscere. Cursum cœli sistere. Vacuum inducere. 4. Nec species novas producere, aut à Deo productas abolere 5. Nec miracula patrare. 6. Nec actiones hu-

manas,

manas, animales, vitales, naturales univoce dictas edere. 7. Nec motu locali agere in distans, nec alicubi, ubi τοπικῶς secundum substantiam non sunt praesentes. 8. Non potest movere in instanti.

Voët. Disput. Selectar. Tom. 1. p. 634. & seq.

XXXIII.

Deinde, *Circà hominem.* 1. Non potest generare ullo modo. Qvia destituitur mediis, facultate, instrumentis ad id necessariis & ordine naturae. 2. Nec hominem è sua specie in aliam transformare. e. gr. Lupum, felem &c. 3. Non à morbo letali restituere. 4. Nec viscera aut artus principales, verè & rectè 5. Nec mortuos vitae Johann. 5. v. 20. 21. Rom. 4. 17.

V. Pererium in Genesin c. 4. contra Delrio.

Posset qvippe tunc creare & facere miracula. Sic coeco à nativitate oculos dare non valet.

Idem judicium de similibus.

XXXIV.

Quoad animam: Non potest illabi in mentem aut voluntatem. 2. Nec intrà eas operari. 3. Nec circà easdem ita, ut faciat eas qvidqvam velle aut intelligere *Physicè*, 3. Circà *Phantasiam*,

Hinc ne qvidem per modum Objecti S. prope;

1. Non

nentis objectum voluntatem attingit aut circa eam operatur.

1. Non potest eam immutare Per impressionem novæ speciei. 2. Nec affectum ullum qvoad speciem tollere vel radicem. Nec affectum erga hoc vel illud Physice & certo immittere.

Contra opinionem vulgi de Philtris, fascinis &c.

XXXV.

Rom. 8. v. ult. Conf. Tertullian. c. 22. Apologet. egregie.

Qvoad electos. 1. Non potest eos privare salute sempiterna. 2. Nec mortem iisdem inferre violentam. 3. Neq; phrenesin finalem aut totalem immittere ante actualem conversionem. 4. Potest tamen sive vivorum S. mortuorum specie assumta videndum se exhibere.

V. Cap. 28. lib. 1. Regum. de Samuele.

Memorabile est judicium P. Martyr. L. C. Class. 3. cap. 9. §. 27. *Quod ego, ait ille, non dubitaverim Bernhardo, Francisco Dominico, & non nullis ex veteribus evenisse. Quia cum in fundamento h. e. Christo vixerint, qvanqvam multos abusus & complura Superstitiosa super ædificarint; servari tamen potuerunt, per ignem tamen, cum extremâ hora luctarentur adversus mortem & peccatorum terrores, & in eo certamine vanitatem suorum operum agnoverunt.* p. m. 623. *V. Gilbert. Voët. Tom. 1. Disp. select. p. m. 946.*

Quo-

XXXVI.

Quoad Magiam. 1. Non præstat verè & realiter omnia, qvæ magi affe-unt, sed vel mentitur vel præstigiatur vel illudit. 2. sic multa Phantasiæ injicit qvæ reverà non fiunt. 3. Multa contrà facit, qvæ verè exhibentur, idq; dupliciter. 1. vel *Immediatè*, per motum localem. 2. vel *Mediatè*, per alios motus idq; itá, ut vel applicet naturalia agentia passivis, vel separet. 3. Vel artificialiter, dum instrumenta adaptat operi fabricando.

XXXVII.

Qvoties hæc & similia per magiam designat, sive verè sive falsò, distingvere oportet Hominum & Dæmonis facta. Hic qvippe ea, qvæ vires humanas superant solus operatur; Illi v. habent se purè passivè, aut certè ut *Instrumenta mortua*.

XXXVIII.

Circà Bonum: Si qvid facit, facit in malum vel omninò pejus. 2. Qvare nullo pacto nullave specie boni illi aut credi debet aut cum ipso agi.

Qvo-

XXXVIIII.

Qvoad Corpus. 1. Poteſt federatorum ſuorum (*de qvibus hic potiſſimum*) trans ferre de loco in locum. 2. Et in genere Dei permiſſu ſingulari ſed occulto, etiam piorum vexare, affligere, cruciare, *Citrà tamen periculum animæ.* 3. Senſibus externis, e. gr. viſui, tactui, auribus illudere. 4. Facultates Animæ corporeas commovere.

V. id ſuſè aſtruentem Delrio l. 2. qv. 16.

XL.

Qvoad Elementa. 1. Corpora elementaria movere poteſt naturaliter inſitis qvalitatibus, idq; temporis ſpatio momentaneo & breviſſimo non tamen in inſtanti. 2. Etiam violenter præter & contrà eorum naturam, torqvendo, gyrando, vehendo. Huc pertinent, venti, tonitrua, pluvia, Terræ motus &c.

Job. C. 1. Luc. 8. v. 23. Apocalypſ. 13. v. 13. Vid. id prolixè tuentem Delrio lib. 2. qvæſt. 11.

XLI.

Hæc hactenus fuſiori ambitu circum egimus, ut ſub veniret lectio ſedula & ſeria meditatio eorum intelligentiæ, ad qvorum manus noſtra iſta ſunt ex in-

ſtituto præcipuè noſtro perventura. Ex qvibus ſatis ſuperq, elucere arbitramur, qvi & qvales effectus tandem tribui poſſint & debeant Superſtitioni i. e. nulli. Cui porrò imputandi, non Deo non Naturæ, non Angelo bono, ſed Dæmoni; Huic iterum qvousq; tribuendi, diſpeſcere aggreſſi ſumus iis terminis, qvos capere etiam ſimpliciores abundè poſſe cenſemus. Faxit Deus immortalis, ut Spiritu Sapientiæ & Timoris perlegantur, Fiat!

XLII.

Poſtremò, qvia præterita docent cavere futura, non gravabor adjicere ad calcem hujus cap. exempla nonnulla primò Chriſtianorum mediæ in Eccleſia ætatis, qvorum in curia vel pietate non ſatis attentâ factum eſt ſuccedentibus ſeculis, ut Superſtitio pedetentim incubaret verbo & cæremoniis divinis.

XLIII.

Valdè fallor, niſi *Saliva* ſ. *ſputum*, qvo aures & nares tanguntur Baptizandi apud Romanenſes Symbolizant cum Gentibus. Nam etſi *Canon. 66. 67.* De *Conſec. Diſt.* 4. Reſpici dicitur ad factum

XLIV.

Hæreo, num huc referri fortaſſe debeat illa Veterum ad baptizandos tranſlata ſolennis *Exſufflatio*, in melius, ut illi volebant. *Prudent. in Agone Romani*:

Ingreſſus ille, ut hos paratus perſpicit
Inſufflat ipſos, ceu videret Dæmones.

Idem appellat *Deſpuere* l. 1. Contr. Symmachum 1.

— — *quis in Urbe eſt,*
Qui Jovis infectam ſanie non Deſpuit aram?

Ubi obiter obſervo, illam apud *Irenæum lib. 1. cap. 9.* & *Tertullian. de Coron. Milit.* Exſufflationem longe diſtare à Romanenſium altera. Nam in veteri ſeculo fiebat à baptiſando in Diabolum. Nunc fit à Sacerdote in faciem baptiſandi.

Vid. Balthaſari Lydii Not. in Apolog. VValdenſium. p. 18. 19.

XLV.

Ex ipſâ phraſium Gentilium initio non adeo male uſurpata imitatione ex ritibus eorum aſſumta, qvid periculi fidei Chriſtianæ paulatim accreverit, vel hinc pateſcit. *Satis facere* apud Gentiles Romanos idem erat, qvod *Deprecari*, ac culpam ita confiteri, ut ſignificet, ſe

Terentio in Adelph. dicitur: ſolvere.

FACTUM NOLLE. Hoc sensu *Tertullian. cap. 4. ad Scapul.* usus est: Ut Vespronius candidus, qvi Christianum qvasi tumultuosum civibus suis *Satis facere* dimisit. Et cap. 8. de pœnitentia. *Confessio Satis factionis Consilium est*, sic & *Martial. lib. 12. Epigr. 80.*

Confer. Terent. l. cit. Act. 2. scena 1. Plaut. Amphitr Act. 3. scen. 2.

Nil in te scripsi Bithynice. Credere non vis.

Et jurare jubes? Malo satis facere.

Volebant itaq; Veteres Christiani suis istis jejuniis, carnisq; afflictionibus coram Deo profiteri ac Ecclesia, *Facti se pœnitere & deprecari culpam.* Sed qvò barbara seqvens ætas hæc detorserit, notum nunc est nimis. Thomas 4. Sentent. Dist. 16. artic. 1. definit. *Actum humanum, qvo per qvandam compensationem tollitur offensa culpæ præcedentis.* Progreditur Bellarmin. l. 4. Pœnit. cap. 1. & docet: *Satis factionem nostram habere aliqvam infinitatem, ex parte principii satis facientis.* Qvod repetit l. 1. de Purgator. planissimè à Veterum mente aberrans, qvibus *Mœstitia Deo satis facere* nihil aliud est ex proprietate locutionis, qvàm, Misericordiam implorare, & dicere: *Nollem Factum.* Cyprian. de lapsis ait: *Dei misericordiam deprecemur, illi se anima prosternat,*

illi

illi moestitia satis faciat, illi spes omnis incumbat.

XLVI.

Similiter Gentilium Superstitio erat, in magnis periculis & supplicationibus suis, Fata in cusare, Deorum templa lapidare, simulacra evertere, id qvod dicebatur solenni phrasi: *Diis invidiam facere.* Hinc olim *Tertullian. c.40. Apologet.* illæ locutiones: *Invidiâ cœlum tundere, in sacco & cinere volutando se Deum tangere, & misericordiam ejus extorqvere.* Sed qvid seqventium ætatum idolomania inde non hausit? Apud *Vincentium l. 23. cap. 147.* legitur: In obsidione Constantinopolitana fuit imago B. Mariæ depicta à Luca Evangelista. Hanc qvidam civis jubet adduci. Orant omnes, hoc modo: Sancta Dei genitrix libera nos modo de inimicis Filii Tui, *& si vis ut imaginem Tuam non mergamus in mari, merge illos.* Cum hæc dixisset, ille secreto tenuit imaginem sub undis & statim procella surrexit, & omnes Saracenorum naves submersit. *Sic ille.* Nimirum hi sunt fructus vel qvadantenus expressi à Christianis Gentilismi.

V. Autor. idoli Hallensis, & prolixe Desid. Heraldum in Martialem.

XLVII.

Ejusdem commatis est, qvod studio alliciendi ad fidem Gentiles qvondam in Ecclesia Romana nec non Græca receptum novimus de Chrismate sive Extrema unctione, ubi in certis partibus episcopus moribundum ungit oleo olivæ prius consecratæ. Diversa in eo erat Gentium unctio, qvod mortuos afficeret. Ennius:

Tarqvinii corpus bona fœmina lavit & unxit. Virgil. 6. Æneid.

Pars calidos latices, & ahena undantia flammis

Expediunt, corpusq; lavant frigentis etungunt.

Nec enim valet qvidqvam illa ratio *Dionysii cap. ult. Hierarch. Eccles.* allata qvod *in fusum oleum significet, eum qvi defunctus est, sacra exegisse certamina & esse consummatum.*

XLVIII.

Qvalia sunt & illa quæ Doctissimus *Casaubonus contr. Baron. Exercit. 16. num. 43.* Prolixè allegavit de Missæ additamentis, de sumtis è Sacris Gentium opertaneis. Non pigebit Viri undiqvaq; præ-

præstantissimi verba pluscula exscribere, præsertim qvia Liber non est in omnium manibus. V.pagin. 391. seq.

Multa nomina Antiqvæ Superstitionis multi ritus & Cærimoniæ retentæ, sed piâ adhibita interpretatione omnia in melius versa, planèq; ut ait alicubi Beda, *Pertinaci paganismo mutatione subventum est, qvum rei in totum sublatio potius irritasset.* An hoc consilium pro tempore qvidem utile, in damnum veritatis posteâ verterit, non hic disputo. Fuerunt sanè jam inde â principio Ecclesiæ Viri Magni, qvi ritus paganicos in Ecclesiam in vehi qvererentur, & in vectos eo ipso nomine respuerent, qvia apud idola celebrarentur, *ut loqvitur Tertull. de Oratione cap. 12.* Hæc ille. Ubi qvæ adiicit ex Chrysostomo in Psalm. 140. in Matthæum Homil. 72. in Joann. XV. XLV. CV. & in Epist. I. ad Corinth. 4. ut

&

& ex Nazianzeno ac Basilio talia sunt, qvæ successu temporis pepererunt nobis illa Missatica arcana, murmura, λείψανα, recondita in capsulis, asservata in ædiculis, adorata & sic deinceps.

XLVIIII.

Qvoad vestitum Sacerdotalem Romanensis Ecclesiæ, non diffitetur *Joannes Stephanus Durantus lib. 2. de ritibus Eccles. Cap. 9. Num. 4.* ad imitationem Superstitionis gentilium qvædam fieri. Sic enim ait: Ad hæc Sacerdotes Gentilium sacris & puris vestibus sacrificabant. *Virgil. lib. 12. Æneid.*

— — *Purâq; in veste Sacerdos.*

Ubi Servius, *Pura* dicebatur religiosa vestis auctore *Festo*, qvâ rem divinam facturi festo utebantur die. Sed dum huc deferor, non possum qvin errorem notem *Polydori Virgilii lib. 4. de invent. rerum cap. 7.* Qvi in eo recte asserit, Sacerdotes Rom. Eccles. pleraq; omnia ab ipsis Ebræis uno vel altero modo esse mutuatos. Alterum qvod adjicit statim falsissi-

falsissimum est, scilicet, *Hebræos ab Ægyptiis principiò sumsisse, vero simile est.* Scriptura potius Sacra nos docet per *Exodum* & *Leviticum* & *Numeros*, Deum omnia contraria instituisse, & interdixisse multò magis συμμόρφωσιν Gentilem qvamcunq;. Interim verissima sunt, qvæ idem auctor lib. 6. cap. 12. his verbis recenset: *Principio Sacerdotes Christiani rem divinam facturi nihil superinduere consveverunt, cum potiùs sese intrinsecus virtutibus vestire ac vitiis Corporis exuere studerent, qvam novos sumere apparatus.*

L.

Qvam altæ considerationis dogma ibi evasit illud de Purgatorio? Et tamen si rem ipsam à fundamentis moveamus, statim parebit, Gentilium Superstitionem obstetricatam fuisse perniciosissimæ in Ecclesia opinioni. Primus *Homerus* rudi Minerva delineavit Odysseæ lib. 2. ubi sic canit:

Αἱ δ' ἄλλαι ψυχαὶ νεκύων κατατεθνειώτων.

Εστασαν ἀχνύμεναι, εἴροντο δὲ κήδε' ἑκάστη.

Postil-

Postillum *Plato lib. de Anima* & apud *Euseb. lib. 11. de Præp. Evangel. cap. ult.* statuit, Animas purgandorum à Dæmonibus in loca sua deferri, εἰς τὸν τόπον οἷ ὁ Δαίμων ἕκαστοι κομίζει. Ac præsertim obeliscum meretur, qvod ibi docet, Eos purgari, qvi nec valdè mali, sed medio modo se habentes, cum sanabilibus, qvæ *Scholastici* suo loco *venialia* vocitarunt, peccatis exierunt, qvales appellat ibidem μέσως βεβιωκότας. Et in *Gorgia* addit, qvosdam à sanabilibus peccatis liberari per ærumnas & cruciatus, qvos nominat τὰς ἰάσιμα ἡμαρτηκότας. Hoc dogma mox *Hermagoras* apud *Macrob. somn. scip. l. 2. in fin.* confirmavit, docens, *Nocentum animas in pœnas sæpè revolutas permitti serò de tartaris emergere, & ad Cœlum impetratâ purgatione remeare.* Id deinceps Latini admisere, & Tullius in *somn. scipion.* graphicè depinxit, uti inter Poëtas *Virgilius l. 6.* Æneidos.

— — *aliis sub gurgite vasto*
Infectum eluitur scelus aut exuritur igni.

Inde *Claudianus* l. 2. in Ruffin.

— *Qvos per varios amnes, per mille figuras*
Egit Lethæo purgatos flumine. —

Nec ignoravit hoc D. *Augustinus lib. 21. de Civ. Dei cap. 13.* Irrepsit autem ista opinio Gentilium sensim per *Clementis Alexandrini lib. 6. strom. & lib. 4.* ac non nullorum reliqvas sententias privatas in Ecclesiæ cathedras potissimum auctore *Origene Homil. 6. in Exod.* 8. in Leviticum 25. in Numeros & in Psalm. 38. pluribusq; in locis aliis. Tum *Ambrosius, Hieronymus, Hilarius, Ruffinus* ambigue locuti obhæserunt, donec *Gregorius Magnus* supremam manum imposuit, sive, *quisquis Dialogorum istorum tandem est auctor.* De qvo toto negotio Sic eruditâ brevitate *Vossius Disputat. 6. Quæst. 3. §. 4.* censet: *Lib. 4. Cap. 39.*

Origenicum purgatorium trifariam discrepat à pontificio. 1. *Ratione personarum.* Qvia juxtâ pontificios duntaxat igni purgantur, qvorum animæ alicujus temporalis pœnæ reatu obstrictæ vel cum aliqvibus peccatis venialibus migrant de hâc vitâ. At juxtâ Origenem & alios qvi Augustinum præcesserunt; mortales omnes, uno Chri-

Christo excepto, hunc ignem subibunt. 2. *Ratione temporis.* Qvia pontificii animas statim ab excessu; Veteres autem illi, non nisi extremo judicii die igni hoc purgandas docent. 3. Pontificii censent, tolli vel mitigari posse pœnas purgatoriales per orationes & oblationes vivorum, qvale nihil sensit aut dixit Origenes, vel qvos eum secutos dicebamus.

Purgatorium igitur qvale tradunt pontificii ante Augustini tempora IGNOTUM fuit. At Augustino illud DUBIUM visum; ab Gregorii verò ætate in Romana Ecclesia ex mendacibus revelationibus ac visionibus habitum est CERTUM. Tanti qvippe est cavere sibi à Gentilium Superstitione! Qvamobrem vehementer laudo candorem *Episcopi Roffensis in libr. contr. Mart. Luther. dicentis:* Nemo dubitat orthodoxus an purgatorium sit (*scilicet huius ævi*) de

de qvo tamen apud priscos NULLA vel qvam RARISSIMA fiebat mentio. Sed & Græcis ad hunc usq; diem non est creditum. Sic ille.

LI.

Eodem ex fonte profluxit *Sanctorum invocatio.* De qvâ præclarè *Ludov. Vives Comm. in Augustin. de C.D. l. 8. c. ult.* Multi Christiani, divos Divasq; non aliter venerantur, qvam DEUM, Nec video in multis, qvod sit discrimen inter illorum opinionem de Sanctis, & id qvod Gentiles putabant de Diis suis. Et *Georgius VVicelius in Via Regia ad Ferdin. Cæsar. Anno 1564.* Et l. 4. Epistol. Sic ait: In periculis invocare Sanctos inventum est Superstitiosorum. Vereor, ne hoc cedat in opprobrium neglecti Dei. Sanè velim scire ex cordato qvovis Romanensium doctore, Num putet salva primi præcepti virtute dici potuisse à *Gulielmo Fabricio Noviomago* in approbatione Divæ virginis Hallensis à Lipsio editæ:

De-

Deum; qvod sibi divinitatis & omnipotentiæ jure est proprium, non modò Deiparæ & sanctis; Verum etiam, qvod mirabilius est, Eorum imaginibus communicare dignatum esse.

LII.

Hanc in classem Superstitionis Ethnicæ non verebor referre *Canonisationem Sanctorum Papalem*, frustrà allegante Bellarmino Cyprianum pro se lib. 3. Epist. 6. ubi nuda fit mentio *Commemorationis Martyrum* ad altare tunc usitatæ. Verius deducitur è Gentilismo. Ubi ἀποθέωσις erat solennis similimè actus. *Casaubonus in Athen. l. 6. cap. 14.* & *Notis ad Capitolin. p. 161.* egregiè Symbolizationem cum Gentilismo hic observat. *Cedrenus* in sua Historia sic describit. 1. In Sacris Gentium Libris Nomina eorum scribebantur post mortem. 2. Die emortuali incidente Festum illis celebrabatur. 3. Prædicabant beatos tunc, qvod in felicium insulas demigrassent.

V. Tom. 6. Lect. Antiqv. Henrici Canisii.

Cedrenus.

Id Ecclesiæ simpliciore ævo translatum fuit ad Diptycha, qvibus

Diptycha.

qvibus inserebant Episcopi nomina Martyrum, & aliorum benè meritorum de Ecclesia, eo fine, ut inter hymnodias recitarentur, De qvo ritu & similibus Vid. *Desider. Heraldum. in suis ad Arnob. Animadversion. l. 4. pag. 291.* Puto nihil manifestius esse posse, qvam hanc imitationem rituum Ethnicorum. In tabularum Gentilium locum successerunt Diptycha. 2. In festa Heroum Gentilium, Festa Sanctorum. 3. Canonizatio in locum Declarationis *apud Cedrenum*, qvod non ardeant in Gehenna.

Fraudes qui hic scire volet, legat libellum de Iustitia Britannica Anno 1584. editum Ingolstadii à Davide Sartorio. Mihi sufficit ipsius Romanensis Johannis Driedonis l. 4. cap. 1. de dogm. Var. judicium, qvod tale est: Canonizationem non esse antiqvam, sed novam observationem. Et mox: *Super qvibus sanctis credere aut dubitare, Ecclesiam potuisse deludi ac decipi, non est Hæresis, qvoniam in iis qvæ facti sunt, Ecclesia errare possit.*

LIII.

Mutatio Nominum Pont. R. Qvando sunt electi an huc recensenda sit, inqvirendum puto. Certè apud Gentes nomina mutabantur iis, qvi *consecrati*

Liv. l. 1. decad. 1. Blond. Rom. Triumf. lib. 2. J. C. Bülenger. in suo Imperat. Rom. prolixè.

secrati essent. Sic *Io* dicta est *Isis*, & *Romulus*, *Qvirinus*. Et Petr. Nannius in Miscellan. lib. 4. Observat si qvi Heroum templa transirent, tacite solitos fuisse precari, ne indignè ferrent, si qvo alio nomine appellassent, qvam qvod per Apotheosin illis fuisset inditum.

LIV.

Qvin Aqva pontificiorum lustralis è Superstitione Gentium ortum principem ducat, nullus eqvidem dubito. Typi enim *Lev. 15.* & *Num. 19.* jam diu expirarunt. Sed Gentium illud fuisse rituum Genus patet è *Virgilio* l. 6. Æneid.

Idem ter socios pura circumtulit unda
Spargens rore levi, & ramo felicis olivæ.

& Propertio:

Ac primum pura somnum tibi discute lymphâ.

Qvod & confirmat actu pleno Historia Valentiniani apud *Theodoret. Hist. lib. 3. cap 16.* Colaphum impingentis æditupo Gentili, qvi ipsum ingredientem ritu ethnico asperserat.

LV.

Gutherius de jure Man. lib. 2. cap. 15. In hunc censum computat, Qvod pontificii corpora defunctorum composita ante aras sistunt. Nam sic Gentibus svetum olim, qvod sua phrasi dicebant, *Componere*. Horat. l. 1. Satyr. 4.

Omnes composui felices.

Et Persius sat. 3.

— — *tandemq; beatulus alto*
Compositus lecto, crassisq; lutatus
amomis.

Seneca Epist. 26. *Non timidè componor ad illum* diem. Qvò & alii referre satagunt *Preces Romanensium pro defunctis*. Ethnicorum qvippe erat mortuis sic apprecari S. T. T. L. i. e.

Sit tibi Terra levis, vel;

B. M.

ARCADI. OSSA. BE. QVIESCANT.

i. e. Ossa *benè qviescant*. Martial. l. 5. Epigr. 36. Mollia nec rigidus Cespes tegat ossa, nec illi

Terra gravis fueris, Non fuit illa tibi.

Ego ampliandum arbitror. Atq; hæc hactenus occasione scripti hujus adnectere visum est non sine causa.

LVI.

Eundem in finem pergam attexere è diligentiſſimo inter Gentes ſcriptore Plinio breveſn indiculum diligentiæ, qvam adhibuere impulſu Luminis Naturæ in diſcernendis naturalibus à Superſtitioſis.

LVII.

Dici non poteſt, qvàm ſedulus ſit Secundus ille Noſter in hac materia. *Lib. 30. proœm.* ait:

Magicas vanitates ſæpius qvidem antecedentis operis parte ubicunq; cauſa locusq; poſcebant, coarguimus. Detegemus etiam nunc in paucis. Tamen digna res eſt, de qva plura dicantur, vel eo ipſo, qvod fraudulentiſſima artium plurimum in toto terrarum Orbe plurimiſq; ſeculis valuit. Auctoritatem ei maximam fuiſſe nemo miretur, qvandoqvidem ſola artium Tres alias imperioſisſimas humanæ mentis complexa in unam

nam se redegit. Natam primum è Medicinâ nemo dubitat, ac specie salutari irrepsisse velut altiorem sanctioremq; qvàm Medicinam; ita blandissimis desideratissimisq; promissis addidisse Vires religionis, ad qvas maximè caligat etiam num humanum genus. Atq; ut hoc qvoq; suggesserit miscuisse artes Mathematicas, nullo non avido futura de sese sciendi, atq; ea è Cœlo Verissimè peti credente.

Pari acrimoniâ judicii pergit de Asclepiade libro 26. cap. 4. tractans:

Super omnia adjuvère eum Magicæ *Vanitates*, in tantum èvectæ, ut abrogare herbis fidem cunctis possent. Æthiopide herba amnes ac stagna siccare conjectu, tactu clausa omnia aperiri. Achimenide conjecta in aciem hostium trepidare agmina ac terga vertere. Latacen dari solitam à Persarum rege legatis,

ut qvocunq; venissent, omnium rerum copia abundarent ac multa similia.

Hæc ille ibi, qvæ mox falsè irridet, inqviens: Ubinam ista fuere, cum Cimbri Teutoniq; terribili Marte ulularent, aut cum Lucullus tot reges Magorum paucis legionibus sterneret. Ut planè appareat, Plinium cætera satis laxum in divinis hasce nugas Superstitionum acerbè perstringere.

Porrò libro 37. Cap. 9. Cum egisset de jaspidum generibus, mox subdit: Libet obiter *Vanitatem* magicam hic qvoq; coarguere, qvoniam hanc (*scil. gemmam*) concionantibus utilem esse prodiderunt.

Ibidem egregia hæc verba habet: Magorum Vanitas resistere ebrietati eas (*gemmas*) promittit, & prætereà si Lunæ nomen ac Solis scribatur in iis, atq; ita suspendantur collo, è capillis cynocephali, vel plumis hirundinis, resistere

resistere veneficiis, jam verò ad esse qvoqvo modo reges aditu-ris. Grandinem qvoq; avertere ac similia, & locustas, precatione addita, qvam demonstrant. Qvæ qvidem scripsisse eos non sine contemtu & irrisu generis humani arbitror. *Eodem rigore censet lib. 37. cap. 10. inqviens:* Chelonia oculus est indicæ testudinis, vel portentosissima Magorum mendaciis. Melle enim colluto ore inpositam lingvæ futurorum divinationem præstare promittunt qvintadecima Luna & silente tota die decrescente verò ante Solis ortum, cæteris diebus à prima in sextam horam. *Quæ omnia consignat eqvidem sed acri obelo juxta configit ac confodit.*

Ibidem, *Magorum impudentiam* accusat, qvod admixta herba Heliotropio additis qvibusdam precationibus, gerentem conspici negent. *Libro 28.* cap. 8.

Agit de Medicina ex animalibus peregrinis, cumq; ad Leonem perveniſſet, hæc addit: Magorum *Vanitates* perunctis eo adipe faciliorem gratiam apud reges populosve promittunt. Libro 29. cap. 4 Poſtqvam de Dracone & baſiliſco egiſſet, ſuum mox interponit judicium his Verbis: *Sed ſuper omnia eſt compoſitio*, qvâ invictos faciunt Magorum mendacia. *Et mox Eodem cap.* de Bubone: Non omittam, ait, in hoc alite exemplum magicæ vanitatis. Qvippe præter reliqva *portentoſa mendacia*, corbubonis impoſitum mammæ mulieris dormientis ſiniſtræ, tradunt efficere, ut omnia ſecreta pronunciet.

In ſigne ſanè documentum dexteritatis præbet, qvod *libro 29. cap. 3.* de angvibus differens ait: At ut eſt Magorum ſolertia occultandis fraudibus ſagax, certa Luna capiendum cenſent, Tanqvam congruere eam operationem ſerpentium humani ſit arbitrii.

Acerrima

Acerrima profectò vis discernendi vera à Præstigiis!

LVIII.

Nec in utile erit è Characteribus summi Philosophi *Theophrasti capitulum*, qvod vocant, hic inserere *de Superstitione*, ad acuendam Christianorum prudentiam, qvâ opus sibi esse indies intelligent salutis suæ curiosi. Ita igitur ille: *p. m. 71. 72.*

Superstitionem definire possumus, δειλίαν πρὸς τὸ Δαιμόνιον, meticulosum ergà Numen affectum. Superstitiosus verò is est, qvi elotis manibus, & aqvâ lustrali aspersus è templo, folium lauri ore prehensum tenens, integrum diem ita ambulat. Si viam eo ambulante mustela transcurrerit, non antè progreditur, qvàm alius prior transierit, aut ipse tres lapides trans viam miserit. Serpentes si viderit in ædibus, sacellum eo loco exstruet. Lapides unctos, qvi sunt in triviis, solet oleo ex ampulla per fundere, neç prius discedere, qvàm posito genu *Ἐὰν γαλῆ τὴν ὁδὸν περιδράμῃ*

cos

eos fuerit veneratus. Qvod si mus fortè farinæ follem arroserit, adit ad interpretem, & qvid facto sit opus eum percontatur: Qvi si respondeat, cerdoni nimirum tradendum esse illum follem, ut sarciatur: Superstitiosus iste neglecto arioli responso religioni rem habens, exinanitum saccum à se amolietur. Solet etiam domum crebro purificare. Sepulchrum nullum insistere. Ad defunctorum justa nullus accedere. Neq; item ad ullam unqvam puerperam. In somnium porrò si viderit, pergere ille ad divinos, ad augures, sciscitaturus, cui Deo, cui Deæ vota sint facienda. Et ut sacris initietur, ad Orpheotelestas qvot mensibus cum uxore aut si Uxori non vacet, cum nutrice & liberis suis, itat. Præterea in compitis ante qvàm inde discedat, aqvâ in caput aspersâ se lustrat. Piatricibus qvin etiã ascitis, jubet sesqvillæ aut catuli circum latione purgari. Qvod si qvem mente Captum aut Comitialem viderit, solet in horrescens in sinum

ἐξηγητὴν

μιαίνεσθαι τῆς κεφαλῆς λοῦσθαι.

num sibi despuere. Hæc *Theophrastus* accuratissimè, signans Christianis in vulgo vestigia, per qvæ cautè per ambulantes similia distingvere & verâ fide pleni irridere ac contemnere assvescant.

LVIIII.

Isaacus Casaubonus in suis Notis nonnulla ibi observat, qvæ lucem Lectori harum paginarum afferre non exiguam poterunt, & superius allata non pauca ulterius explicare. Sic itaq; commentatur: Aqva lustralis, qva aspergebantur, sic fiebat. Erat ad fores templi aqviminale qvoddam magnum qvales ferè tinctorum Cortinæ, in qvod mergebant titionem ardentem ab ara sumtum, qvando victima adoletur; eâq; aqva omnes, qvi templum ingrediebantur, ipsi sese aspergebant, aut à sacrificulis aspergebantur. Nec solum in templis erant, sed etiam ad

p. m. 206. 207.

V. Theodoret. Histor. l. 3. de Valentiniano & Juliano.

ad Fori introitum, qvorum sæpè meminêre Oratores Græci. Fuit etiam moris, ut ad fores privatarum ædium tantisper dum illæ funestæ essent, & dum fieret ἡ πρόθεσις defuncti, vas magnum statueretur, aqva lustrali plenum, qvæ esset è domo non funesta allata, qvâ se qvisq; exiens aspergeret. Et ἀρδάνιον proprie nuncupabatur. Non dissimilis ritus apud Romanos. Festus: *Funus prosecuti redeuntes ignem supergrediebantur aquâ aspersi. Quod purgationis genus vocabant suffitionem.*

LX.

De Lauro ibidem addit: Qvòd ait Theophrastus laurum in os capi solitam à Superstitiosis, nescio an huic similis Superstitio sit, qvam apud *Hieronymum Epitaph. Marcel.* annotavimus. Ubi ille: *Nec mirum, si in plateis & in foro rerum venalium fictus ariolus stultorū verberet nates, & obtorto fuste dentes mordentium qvatiat.* Nam ariolorum consvetudo fuit, Laurum gestare, cum per Urbem incederent,

rent qvam *Fustem* videtur Hieronymus vocare, qvia erat, credo, Virga laurea.

LXI.

De mustela viam prætereunte hæc commentatur: Ambigunt doctisitne γαλῆ Mustela domestica an felis. Utrumq; animal fuit olim inter ea, qvæ occursu suo auspicium facerent. Apud Athenienses dirimebat concilia. *Artemidorus lib. 3.* Non parum differre docet, fueritne visa accedens an abiens: Item agens aliqvid gratum, aut contrà, nec non, ageretne au pateretur. Aliqvando etiam lucrum portendisse, aliqvando gaudium. Qvid qvod etiam purgandi vim qvandam in hoc animali inesse crediderunt Athenienses? Qvi propterea qvando in concionem conveniebant, circum ferri felem jubebant. Eratq; hoc purificationis & lustrationis certum genus. Erat & *Canis* inter ventus, sive potius transcursus inauspicatus. Unde est apud Plautum: *Canina scæva.*

LXII.

Cum etiam avis inebra, vel aliud infaustum animal occurrisset, periculo se defunctos putabant, si id lapidibus peti-

LVI.

Eundem in finem pergam attexere è diligentissimo inter Gentes scriptore Plinio brevem indiculum diligentiæ, qvam adhibuere impulsu Luminis Naturæ in discernendis naturalibus à Superstitiosis.

LVII.

Dici non potest, qvàm sedulus sit Secundus ille Noster in hac materia. *Lib. 30. proœm.* ait:

Magicas vanitates sæpius qvidem antecedentis operis parte ubicunq; causa locusq; poscebant, coarguimus. Detegemus etiam nunc in paucis. Tamen digna res est, de qva plura dicantur, vel eo ipso, qvod fraudulentissima artium plurimum in toto terrarum Orbe plurimisq; seculis valuit. Auctoritatem ei maximam fuisse nemo miretur, qvandoqvidem sola artium Tres alias imperiosissimas humanæ mentis complexa in unam

nam se redegit. Natam primum è Medicinâ nemo dubitat, ac specie salutari irrepsisse velut altiorem sanctioremq; qvàm Medicinam; ita blandissimis desideratissimisq; promissis addidisse Vires religionis, ad qvas maximè caligat etiam num humanum genus. Atq; ut hoc qvoq; suggesserit miscuisse artes Mathematicas, nullo non avido futura de sese sciendi, atq; ea è Cœlo Verissimè peti credente.

Pari acrimoniâ judicii pergit de Asclepiade libro 26. cap. 4. tractans:

Super omnia adjuvère eum Magicæ *Vanitates*, in tantum évectæ, ut abrogare herbis fidem cunctis possent. Æthiopide herba amnes ac stagna siccare conjectu, tactu clausa omnia aperiri. Achimenide conjecta in aciem hostium trepidare agmina ac terga vertere. Latacen dari solitam à Persarum rege legatis,

ut qvocunq; venissent, omnium rerum copia abundarent ac multa similia.

Hæc ille ibi, qvæ mox salsè irridet, inqviens: Ubinam ista fuere, cum Cimbri Teutoniq; terribili Marte ulularent, aut cum Lucullus tot reges Magorum paucis legionibus sterneret. Ut planè appareat, Plinium cætera satis laxum in divinis hasce nugas Superstitionum acerbè perstringere.

Porrò libro 37. Cap. 9. Cum egisset de jaspidum generibus, mox subdit: Libet obiter *Vanitatem* magicam hic qvoq; coarguere, qvoniam hanc (*scil. gemmam*) concionantibus utilem esse prodiderunt.

Ibidem egregia hæc verba habet: Magorum Vanitas resistere ebrietati eas (*gemmas*) promittit, & præterea si Lunæ nomen ac Solis scribatur in iis, atq; ita suspendantur collo, è capillis cynocephali, vel plumis hirundinis,

resistere

resistere veneficiis, jam verò ad esse qvoqvo modo reges adituris. Grandinem qvoq; avertere ac similia, & locustas, precatione addita, qvam demonstrant. Qvæ qvidem scripsisse eos non sine contemtu & irrisu generis humani arbitror. *Eodem rigore censet lib. 37. cap. 10. inqviens:* Chelonia oculus est indicæ testudinis, vel portentosissima Magorum mendaciis. Melle enim colluto ore inpositam lingvæ futurorum divinationem præstare promittunt qvintadecima Luna & silente tota die decrescente verò ante Solis ortum, cæteris diebus à prima in sextam horam. *Quæ omnia consignat eqvidem sed acri obelo juxta configit ac confodit.*

Ibidem, *Magorum impudentiam* accusat, qvod admixta herba Heliotropio additis qvibusdam precationibus, gerentem conspici negent. *Libro 28.* cap. 8.

 Agit

Agit de Medicina ex animalibus peregrinis, cumq; ad Leonem perveniſſet, hæc addit: Magorum *Vanitates* perunctis eo adipe faciliorem gratiam apud reges populosve promittunt. Libro 29. cap. 4 Poſtqvam de Dracone & baſiliſco egiſſet, ſuum mox interponit judicium his Verbis: *Sed ſuper omnia eſt compoſitio*, qvâ invictos faciunt Magorum mendacia. *Et mox. Eodem cap.* de Bubone: Non omittam, ait, in hoc alite exemplum magicæ vanitatis. Qvippe præter reliqva *portentoſa mendacia*, corbubonis impoſitum mammæ mulieris dormientis ſiniſtræ, tradunt efficere, ut omnia ſecreta pronunciet.

In ſigne ſanè documentum dexteritatis præbet, qvod *libro 29. cap. 3.* de angvibus differens ait: At ut eſt Magorum ſolertia occultandis fraudibus ſagax, certa Luna capiendum cenſent, Tanqvam congruere eam operationem ſerpentium humani ſit arbitrii.

Acerrima

Acerrima profecto vis discernendi vera à Præstigiis!

LVIII.

Nec inutile erit è Characteribus summi Philosophi *Theophrasti capitulum,* qvod vocant, hic inserere *de Superstitione,* ad acuendam Christianorum prudentiam, qvâ opus sibi esse indies intelligent salutis suæ curiosi. Ita igitur ille: *p. m. 71. 72.*

Superstitionem definire possumus, *δειλίαν πρὸς τὸ Δαιμόνιον,* meticulosum ergà Numen affectum. Superstitiosus verò is est, qvi elotis manibus, & aqvâ lustrali aspersus è templo, folium lauri ore prehensum tenens, integrum diem ita ambulat. Si viam eo ambulante mustela transcurrerit, non antè progreditur, qvàm alius prior transierit, aut ipse tres lapides trans viam miserit. Serpentes si viderit in ædibus, sacellum eo loco exstruet. Lapides unctos, qvi sunt in triviis, solet oleo ex ampulla per fundere, nec prius discedere, qvàm posito genu eos

Ἐὰν γαλῆ τὴν ὁδὸν περιδράμῃ

eos fuerit veneratus. Qvod si mus fortè farinæ follem arroserit, adit ad interpretem, & qvid facto sit opus eum percontatur: Qvi si respondeat, cerdoni nimirum tradendum esse illum follem, ut sarciatur: Superstitiosus iste neglecto arioli responso religioni rem habens, exinanitum saccum à se amolietur. Solet etiam domum crebro purificare. Sepulchrum nullum insistere. Ad defunctorum justa nullus accedere. Neqs item ad ullam unqvam puerperam. In somnium porrò si viderit, pergere ille ad divinos, ad augures, sciscitaturus, cui Deo, cui Deæ vota sint facienda. Et ut sacris initietur, ad Orpheotelestas qvot mensibus cum uxore aut si Uxori non vacet, cum nutrice & liberis suis, itat. Præterea in compitis ante qvàm inde discedat, aqvâ in caput aspersâ se lustrat. Piatricibus qvin etiā ascitis, jubet sesqvillæ aut catuli circum latione purgari. Qvod si qvem mente Captum aut Comitialem viderit, solet inhorrescens in sinum

ἐξηγηταῖς

μαίνομένου φαλῆς ... λέγεται ...

nun

num sibi despuere. Hæc *Theophrastus* accuratissimè, signans Christianis in vulgo vestigia, per qvæ cautè per ambulantes similia distingvere & verâ fide pleni irridere ac contemnere assvescant.

LVIIII.

Isaacus Casaubonus in suis Notis non nulla ibi observat, qvæ lucem Lectori harum paginarum afferre non exiguam poterunt, & superius allata non pauca ulterius explicare. Sic itaq; commentatur: Aqva lustralis, qva aspergebantur, sic fiebat. Erat ad fores templi aqviminale qvoddam magnum qvales ferè tinctorum Cortinæ, in qvod mergebant titionem ardentem ab ara sumtum, qvando victima adoletur; eâq; aqva omnes, qvi templum ingrediebantur, ipsi sese aspergebant, aut à sacrificulis aspergebantur. Nec solum in templis erant, sed etiam ad

p. m. 206. 207.

V. Theodoret. Histor. l. 3. de Valentiniano & Juliano.

ad Fori introitum, qvorum ſæpè meminêre Oratores Græci. Fuit etiam moris, ut ad fores privatarum ædium tantiſper dum illæ funeſtæ eſſent, & dum fieret ἡ πρόθεσις defuncti, vas magnum ſtatueretur, aqva luſtrali plenum, qvæ eſſet è domo non funeſta allata, qvâ ſe qvisq; exiens aſpergeret. Et ἀρδάνιον proprie nuncupabatur. Non diſſimilis ritus apud Romanos. Feſtus: *Funus proſecuti redeuntes ignem ſupergrediebantur aquâ aſperſi. Quod purgationis genus vocabant ſuffitionem.*

LX.

De Lauro ibidem addit: Qvòd ait Theophraſtus laurum in os capi ſolitam à Superſtitioſis, neſcio an huic ſimilis Superſtitio ſit, qvam apud *Hieronymum Epitaph. Marcel.* annotavimus. Ubi ille: *Nec mirum, ſi in plateis & in foro rerum venalium fictus ariolus ſtultorũ verberet nates, & obtorto fuſte dentes mordentium qvatiat.* Nam ariolorum conſvetudo fuit, Laurum geſtare, cum per Urbem incederent,

rent qvam *Fustem* videtur Hieronymus vocare, qvia erat, credo, Virga laurea.

LXI.

De mustela viam prætereunte hæc commentatur: Ambigunt docti sitne γαλῆ Mustela domestica an felis. Utrumq; animal fuit olim inter ea, qvæ occursu suo auspicium facerent. Apud Athenienses dirimebat concilia. *Artemidorus lib. 3.* Non parum differre docet, fueritne visa accedens an abiens: Item agens aliqvid gratum, aut contrà, nec non, ageretne an pateretur. Aliqvando etiam lucrum portendisse, aliqvando gaudium. Qvid qvod etiam purgandi vim qvandam in hoc animali inesse crediderunt Athenienses? Qvi propterea qvando in concionem conveniebant, circum ferri felem jubebant. Eratq; hoc purificationis & lustrationis certum genus. Erat & *Canis* inter ventus, sive potius transcursus inauspicatus. Unde est apud Plautum: *Canina scæva.*

LXII.

Cum etiam avis inebra, vel aliud infaustum animal occurrisset, periculo se defunctos putabant, si id lapidibus peti-

petiissent & feriissent. Sicut hodie inter Christianos vulgò fertur, *Sagam si ad sangvinem pulsetur, non posse nocere. Augustinus l. 2. de Doctrin. Christian.* inqvit. Plerumq; tam Superstitiosi sunt qvidam, ut etiam canem qvi medius inter venerit, ferire audeant. Qvod genus stultitiæ suo tempore non minus reprehendit *Joann. Chrysostom. Homil. 34.*

LXIII.

Scitu jucundum & necessarium juxtà fuerit ad scribere hoc loco, *unde ritus ille in pagis ac villis affigendi aves rapaces portis ad introitum.* De eo ita *Casaubonus lib. citat.* Apulejus Miles. 3. Qvid? *ait*, qvod istas nocturnas aves cum penetraverint Larem qvempiam solicitè prehensas foribus videmus ad figi: ut qvod in faustis volatibus familiæ minantur exitium luant cruciatibus.

Notat

LXIIII.

De Lapide uncto observat hæc sequentia: Notavimus & aliam in Tribus Lapidibus Superstitionem veterum non minus ridendam *Columell. lib. de arborib. Cap. 23.*

Mala

Mala Punica ne rumpantur in arbore remedio sunt lapides tres, si cum seres arborem, ad radicem ipsam collocaveris. Simile est, qvod de Scilla idem Auctor adjicit. *Palladius libr. 4. Titul. 10.* Qvi *inqvit*, in scrobe deponit, si tres lapillos in ipsâ radice constituat, providebit, ne poma findantur. Amplius, Olim si duos fratres simul ambulantes Lapis saxumvè in viâ fortè jacens divisisset, ita ut medius inter fratres lapis reperiretur, ominosum id & in faustum habebatur, uti refert Plutarchus περὶ φιλαδελφίας.

LXV.

De Serpente in ædibus hæc annotat. Constat ex Cicerone de divinat. & multis aliis Auctoribus, Serpentem vidisse in ædibus aut in itinere, triste auspicium fuisse. Porrò, Serpentes ferè per impluvium è tectis descendebant in ædes, & ibi soliti conspici. *Terent. Phormion.* Angvis per impluvium decidit de tegulis.

LXVI.

De mure arrodente. Etiam mures olim

περιμάξαι dicitur. Latinis, *Circumferre.* Virgilius:

Idem ter socios purâ circumtulit unda.

Ubi *Servius* rectè exprimit Circumlationem illam, qvæ in lustrationibus fieri solebat. Similiter & urbes & agri lustrabantur; Hostiis in orbem circumlatis. Ideo Latinis ea Sacra dicta sunt *Ambarvalia.*

LXVIII.

De insanis despuendis, Plautus Captivis.

Illic isti qvi sputatur morbus interdum Venit.
Proin tu ab isthoc procul recedas.

Suspicor etiam ob similem Superstitionem factum, ut Achis rex Davidem insaniam simulantem procul à domo sua arceret, Id enim videntur ultima verba svadere Cap. 21. lib. 1. Samuelis.

Conr. Rittershus. in Oppiane Hal. lib. 3. v. 274. ait: Putabant veteres, se à fascino & invidia tutos ac illæsos fore si ter in sinum suum expuissent. Unde ille apud Theocritum:

— — Τρὶς δ' εἰς ἐμὸν ἔπτυσε κόλπον.

Tibullus l. 1. Elegia 2. *Despuit in molles & sibi quisq; sinus.* & Plin. l. 28. cap. 4. affirmat, *Fascinationes despuitione repercuti.*

Huc

Huc constanter accensebo ritum à Gentibus in Ecclesiam traductum *Osculandi Limina Deorum suorum & postes templorum*, qvod Apostolis & ...ctis præpostera pietas applicuit. De Ethnicis Tibullus:

Non ego, si merui dubitem procumbere templis,
Et dare sacratis oscula liminibus.

Et Arnobius contra Gent. lib.1. Cum per omnia supplices irent templa, cum Deorum ante ora prostrati limina ipsa converrerent osculis. De Christianis passim scriptores Ecclesiastici. Prudent. Hymn. Laurentii:

Apostolorum ac Martyrum
Exosculantur limina.

Et Hymn. Hippolyti: *Oscula perspicuo figunt impressa metallo.* Paulinus 3. Natal. Felicis:

Cernere tunc passim est, sacra purgata medela
Pectora liminibus sterni.

Fortunatus l. 4. de vita S. Martini:

Rursus Apollinaris pretiosi limina lambe
Fusus humi supplex.

Clarissimè Arvernus de Miracul. D. Martin. lib. 4. cap. 14.

Ut

Ut basilicæ Sancti Martini limina osculaventur.

Verum non stetit hic error, sed ut solet, mox latius evagatus mentes vulgi & omnium ita dementavit, ut persvaderent sibi, *Omnem protinus langvorem, qvem ex mutatione aëris & viæ lassitudine contraxerant explodi atq; abigi.* Sidonius lib. 1. Epist 5.

Ubi *priusqvam vel pomoeria contingerem trium salibus Apostolorum liminibus affusus omnem protinus sensi membris malè fortibus explosum esse languorem.* Et Prudentius Hymn. S. Hippolyti canit de se. *sepulcrum intelligit.*

Mira loci pietas, & prompta precantibus ara
Spes hominum placida prosperitate juvat.
Hic coruptelis animiq; & Corporis æger
Oravi qvoties stratus, opem merui.

Legimus in Concilio 2. Cabilonens. Can. 48. & seq. ut & Salegunstadiens. Can. 16. Vetitam peregrinationem ad limina Apostolorum fuisse cum aliis multis de causis, tum præcipuè ideò qvoq;. *Quod inciperet vulgò credi à Superstitiosulis, omnia scelera locorum Sanctorum Visitatione elui & obliterari.* Cui malo *V. Notas Savaron*

Con-

Huc constanter accensebo ritum à Gentibus in Ecclesiam traductum *Osculandi Limina Deorum suorum & postes templorum*, qvod Apostolis & Sanctis præpostera pietas applicuit. De Ethnicis Tibullus:

Non ego, si merui dubitem procumbere templis,
Et dare sacratis oscula liminibus.

Et Arnobius contrà Gent. lib. 1. Cum per omnia supplices irent templa, cum Deorum ante ora prostrati limina ipsa converrerent osculis. De Christianis passim scriptores Ecclesiastici. Prudent. Hymn. Laurentii:

Apostolorum ac Martyrum
Exosculantur limina.

Et Hymn. Hippolyti: *Oscula perspicuo figunt impressa metallo.* Paulinus 3. Natal. Felicis:

Cernere tunc passim est, sacra purgata medela
Pectora liminibus sterni.

Fortunatus l. 4. de vita S. Martini:

Rursus Apollinaris pretiosi limina lambe
Fusus humi supplex.

Clarissimè Arvernus de Miracul. D. Martin. lib. 4. cap. 14.

Ut

Ut basilicæ Sancti Martini limina oscularentur.

Verum non stetit hic error, sed ut solet, mox latius evagatus mentes vulgi & omnium ita dementavit, ut persvaderent sibi, *Omnem protinus langvorem, qvem ex mutatione aëris & viæ lassitudine contraxerant explodi atq; abigi.* Sidonius lib. 1. Epist 5.

Ubi *priusqvam vel pomoeria contingerem trium salibus Apostolorum liminibus affusus omnem protinus sensi membris malè fortibus explosum esse languorem.* Et Prudentius Hymn. S. Hippolyti canit de se. *sepulcrum intelligit.*

Mira loci pietas, & prompta precantibus ara
Spes hominum placida prosperitate juvat.
Hic corruptelis animiq; & Corporis æger
Oravi qvoties stratus, opem merui.

Legimus in Concilio 2. Cabilonens. Can. 48. & seq. ut & Salegunstadiens. Can. 16. Vetitam peregrinationem ad limina Apostolorum fuisse cum aliis multis de causis, tum præcipuè ideò qvoq; *Quod inciperet vulgò credi à Superstitiosulis, omnia scelera locorum Sanctorum Visitatione elui & obliterari.* Cui malo Con- *V. Notas Savaron*

In l.1.ep. 5. Sidony. Concilium Saleguntiad.can. 18. occurrit his verbis: *Non Hierosolymam vidisse, sed benè ibi vixisse laudandum esse.*

LXVIII.

Dum hæc scribebam incido in libellum *Magii de Tintinnabulis*, ubi nonnulla observat huc facientia, qvæ in gratiam piæ eruditionis amantium subjicere visum est, præsertim qvia hodieq; vel ipsamet vel similia apud nos passim freqventari certum est. Sic igitur ille: *Æs in sacris* non modicam vim habere, existimabat antiqvitas. More non absimili apud Italos nostros, qvi D. Antonii fratres nuncupantur, passim eleemosynas colligentes, statim atq; in pagos & vicinias pervenerint, tintinnabula movent; Qvod tinnitus Religionem qvandam præ se ferat. (etenim D. Antonium cum tintinnabulo appingi videmus) Eodem cum iis, qvi benignè fecerunt, piè salutem æternam à Deo expostulant, identidem personant.

Qvod

Qvod idem H. Magius l. citat. existimat factum inter Gentes qvondam fuisse â Sacerdotibus Isidis in Ægypto, de qvibus in lib. 6. de legibus Cicero affirmat qvod *Urbem Superstitione impleant.*

Franc. Swertius in Notis ad h. l. p. m.

128. *Majores nostri memorias Sanctorum invisentes libenter pro se conferebant parvam imaginem Sancti alicujus. Sic etiam pro pecoribus suis Collo alligandam nolam ex memoria S. Antonii conferebant (NB) protestantes hac ratione qvod meritis S. Confessoris petebant, & confidebant animalia sua præservatum iri â peste. Ambros. Novidius:*

— — Collo mea concutit æra
Noscere qvo possis ne noceatur, ait.
Æsq; meum gestat, baculo qvod cernis in isto
Qvodq; rogans æger collaq; multa gerunt.

LXX.

De tinnitu æris in apum examine, & campanarum abusibus vulgatis *ibidem idem Auctor* allegat erudita faculam non obscuram argumento scriptionis nostræ allucentia. Gentibus qvippe ænea ferè in usu sacrorum. Sacerdotes æreis cultris utebantur. Medeæ fal- Cap. 14.

cem æneam tribuit *Ovidius*. Æris tinnitu in Lemuralibus in ferorum Umbras moveri. *Aphrodis. in suis Problem.* æris sono malos Spiritus de pelli scribit, eamq; ob rem in Lunæ defectu æra moveri fuisse in more positum. Sic Campanarum sono Dæmones fugari Polydorus l. 6. annotat: Ideò cum Ventorum aut grandinis injuriam timent Christiani (ab his enim Dæmonum operâ vineis, arboribus, frugibusq; calamitas invehitur) Campanas pulsari jubent. Cur autem campanarum tinnitu Dæmones terreantur, longiusq; fugentur, haud qvaqvam est in obscuro positum. Sunt enim divino cultui consecratæ, & Sacerdotis benedictione augustæ religiosæq;. Qvin etiam cum benedictione ac religione recentes qvasi lustrico die nomina accipere solent. Campanæ sono Deo O. M. ho-

Rhodigin. l. 19. cap. 10.
L. 6. c. 12. Polydor. Virgilius

honorem exhiberi & orationes qvasi in altum precesq; sustolli efferriq; Christiani opinantur. Meminime aliqvando legere in Glossa ordinaria, ad Hymnos Davidis in parentalibus pulsari Campanam, ut preces, qvæ pro mortuis funduntur ad Deum, Campanæ sono, tanqvam flatu qvodam devehantur & qvasi manu ducantur. Tanta scilicet vis est Superstitionis semel admissæ.

LXXI.

Pergit verò mox bonus ille Magius, vir cæteroqvi doctissimus, & addit aliqvid, qvod ad diacriticam in hâc materiâ pertinet: *Illud*, *inqviens*, *non est omittendum*, *Philosophos existimare*, campanarum sono tempestatum, ventorum &c. Injuriam depelli, qvod tinnitus ille æris aërem maximè diverberet, scindat & confringat, qvod apertum sit eo, qvod usuvenit api-

 bus

bus, cum facto examine, avolare cœperint; qvandoqvidem non magno æris tinnitu subsidere coguntur, aëre nimirum discusso distractoq; & volatum ægrè recipiente. Qvanqvam existimabit fortasse aliqvis, id apibus moto aëre usuvenire, qvòd tinnitu alliciantur. Utq; appareat, qvam sedulus sit Dæmon in talibus animo humano altius infigendis memorabile est, qvod Paulus Grillandus recenset, Mulierem qvandam, qvæ Dæmone devehente in ludos illos nocturnos Dianæ profecta, appetente jam luce domum revertebatur, in agro repētè à dæmone fuisse nudam derelictam, qvod antelucanus Campanæ tinnitus esset ab illo exauditus. Nam qvis sanæ mentis Christianus non videt, hoc à Veteratore agi in istis casibus, ut Superstitionem augeat & confirmet.

Libro de sagis.

Ad

LXXII.

Ad bonos mores pertinet, ſcire etiam hoc, qvod ſeqvitur. Gentiles olim in diebus ſuarum dedicationum feſtivarum lautè epulabantur, ut patet è Plinii lib. 4. epiſt. 1. *Erimus ibi dedicationis die, qvem epulo celebrare conſtitui.* Qvam benè factum nunc non diſputo, qvodChriſtiani id aſſumere ſuſtinuerunt, id certum eſt, imitatos eſſe jam inde à ſeculis antiqvis. Gregor. M. lib. 10. c. 71. *Ut die dedicationis vel natalitio Martyrum religioſis conviviis ſolennitatem celebrent.* D. Hieron. ad Euſtochium de die feſto S. Petri inqvit: *Feſtivius eſt ſolito condiendus. Unde nobis eſt ſolicitiùs providendum, ut diem ſolennem non tàm ciborum abundantia, qvam Spiritus exultatione celebremus, qvia valdè abſurdum eſt, nimia ſaturitate velle honorare Martyrem, qvem ſcias Deo placuiſſe jejuniis.* Oppoſuerunt ſe ingruenti malo Ambroſius, præſertim cum Sanctorum gratiam ſe hiſce conviviis demereri velle crederent vulgò, & Alii Viri Sancti, qvin & *Carolus Imp. M.* publicis legibus hujusmodi epulas coërcuit *Libr. 4. Cap. 46.* Integra imò deniq; Concilia, uti *Nannetenſe Can. 10. Anti-*

tisiodorense cap. 2. Ex Concilii Cabilonensis 1. Can. 18. discimus, Choreas qvoq; institutas in honorem Martyrum, qvæ apud Balsamonem in Can. 63. Concil. Carthagin. initio in Dei cultum erant assumtæ ex cacozelia Gentium, præcipuè in Dedicationibus templorum, Sed *Can. 18. Concil. Cabilon. 1.* lege Ecclesiasticâ prohibuit, ut & Bracarense can. 80. & Toletan. 3. cap. ult. ubi appellantur *Balationes* & *Ballimathiæ*, qvomodo hodiè vulgò *Ballettæ*.

LXXIII.

Per inde erat structura templorum versus Orientem, & supplicatioes Gentibus versus eundem usitatæ Qvod utrumq; veteres in Ecclesia vel retinebant vel in melius conversum imitabantur. Hodiè desiit. De templis ethnicis, qvod orienti obverti solita testis est Vitruvius l. 4. cap. 5. & Higinus de limit. inqviens: *Placuit omnem religionem e ò convertere, ex qva parte Cœli terra illuminatur.* De precibus eorundem eò fusis Apulejus l. 2. & Tertull. Apologet. c. 84. *Sed et pleriq; vestrum ad solis ortum labia vibratis.* Causa erat, qvod solem adorarent, Deum reputantes. Sed Christiani istorum

tem-

temporum ritum in precibus suis retinentes, ideò fieri obtendebant, qvod in Christum crederent, *Solem justitiæ & Orientem ex alto*, sicut excusat & interpretatur *lib. Cit. Tertull.* Plenè *Corippus lib. 1.* *de Circensib.*

Hunc ritum primi veterum non ritè colebant.
Esse Deum solem recta non mente putantes.
Sed factor Solis postqvam sub Sole videri
Se voluit, formamq; Deus de virgine sumsit
Humani generis, tunc demto solis honore
Est Christo delatus honos.

De templis, Paulinus testatur Epist. 12. ad Severum:

Prospectus basilicæ non, ut usitatior mos est, ad Orientem spectat. Confer *Leonem Allatium in De narthece* doctissimè commentantem.

CAPUT

CAPUT QUARTUM.

Qvid & in qvo & qvantum peccet. Ubi & Legum divinarum verba adducuntur & expenduntur.

I.

MUltis initiò votis exoptandum esset, ut hujus pervulgati & heu! nimium inveterati criminis atrocitas gravitasq; accurratius per noscerètur à Christianorum illorum vulgo, qvi nec Deum nec Christum vel ex parte habent cognitum.

II.

Ergò ne qvid desit, qvod ad omnem pietatis formam refingere deviantes qveat, destinatum est hoc Capitulum luculentæ ejus transgressioni, idq; Primò *In se* & deinde *Participativè.*

III.

Qvod ut eò firmius penitiusq; insideat animis legentium primò *Leges Dei immortalis* è verbo scripto adducemus, qvibus

qvibus mox ſubjuncturi ſumus brevem & ſuccinctam earundem per ipſius peccati huius ἔκφρασιν enucleationem.

IV.

Prima igitur Lex Capitalis eſt illa, qvæ & loco ſuo & virtute & dignitate Princeps eſt in Decalogo: NON HABEBIS DEOS ALIOS EXTRA ME, vel: CORAM ME, vel AD ME.

Exod. 20. v. 3. & v. 5.

Nota: Non dici alienos, ſed alios. Illud qvippe huic ineſt. Hoc autem excludit omnem cultum divinum ab omnibus, præterqvam à Deo vero Iſraëlis.

V.

Ubi primò communis regula tenenda: *Præcepta Dei negativa obligare ad non faciendum id qvod vetitum eſt Semper, Ad Semper, & pro Semper.* i. e. Omni tempore, Omni Loco & Omnes Perſonas tàm mares qvam fœminas. Nunqvam itaq; & nuſpiam & nulli licent, qvæ Deus vetuit.

VI.

Porrò, Alius Deus habetur tripliciter: 1. *Sola mente* S. æſtimatione ſua, cum qvid pro Deo agnoſcitur, aut aliqvid

qvid Divinitatis in eo inesse creditur. 2. *Affectu*, ut sunt, amoris, timoris, spei, fiduciæ in illum. 3. *Effectu externo* e. gr. Signo honoris, precum, cultus, adorationis, & sic deinceps.

VII.

Jam verò contingit sæpicule, ut conjunctim Hi tres modi in uno eodemq; cultore concurrant. Qvò gravius fit delictum & atrocius peccatur.

VIII.

Neq; valet hic *Error mentis* vulgò prætextus. Nam reverâ alius Deus habetur, cum qvid pro Deo uno horum modo habetur, sive fiat sola externa cultus exhibitione, sive per Erroneum mentis judicium, etiam si qvis velit protestari, se idem illud, qvod ita colit, pro Deo non habere. Qvia est talis protestatio facto contraria.

IX.

Vid. loca 1. Cor. 10. v. 19, 20. In rebus qvippe autoritate divina vetitis magis attenditur, Qvid Fiat, qvam qvid vel mens judicet, vel lingva reclamet.

Esai. Cap. 44. v. 16. 17. Jerem. 2. v. 27. Adde Colos. 3. v. 5. Philip. 3. v. 19.

X. In

X.

In hilce verbis: *Coram me.* vel: *Coram facie mea.* vel: *Mecum.* vel: *Contra Me*, omnis planè aliena devotio, opinio, assumtio, fiducia, imploratio auxilii, spes salutaris eventus damnatur. Qvomodo cunq; à Creaturâ vel ullo alio objecto exspectetur, præter id, qvod est ille unus, verus, vivus & Sanctus Deus. על־פני

XI.

Observanda qvoq; vox probè est, qvæ versiculo qvincto additur Non *adorabis* illos, neq; *Servies illis.* Servitus illa, consistit in omni illo, qvod suprà §. 8. 9. 10. allegavimus. Et neqvis existimet, posse nihilominus, se Deo juxtà illa vana & Superstitiosa in veritate ad hærere in servire, subjicit locus: *Qvi oderunt me*, indicans: Prò odio id à Deo haberi, si fiat. His autem qvi Deum oderunt vel ullo modo, imò non diligunt omnimodo, paratus est infernus. *Exod. 20. v. 5.*

XII.

Secundò, Alterum extat ibid. v. 7. *Non usurpabis Nomen Domini DEI Tui in vanum.* Additur comminatio non vulgaris *v. 7.*

garis: *Qvoniam Deus non sinet in ultum, qviuqvis temerabit nomen ejus.*

XIII.

Nomen Dei temerat autem omnis, Qvi non rectè in sua sanitate, ordine, ac Fine, ut & cultu præscripto divinitus usurpat, adhibet veneratur, timet, amat, glorificat. Qva in parte Superstitiosuli, & eorum asseclæ immane qvantum peccent atq; exorbitent.

XIV.

Omnis proinde idololatria, Superstitio, divinatio, Magia, Vana observantia & qvo alio nomine censeri vel solent vel debent agnata vitia & peccata hisce duobus Præceptis Dei negativè i. e. *Semper* ad *Semper* & pro *Semper* sunt prohibita.

XV.

Leges subdistinctæ qvæ huc pertinent & lucem non exiguam afferunt sunt, qvæ seqvuntur: *Levitic. 19. v. 31.*

1. Ne actus *Ob* exerceatur.
2. Ne actus *Ideoni* exerceatur.

3. Nec

3. Ne consulatur Oraculum *Ob.*

4. Ne consulatur Oraculum *Ideoni.* *Deut. 18. v. 2.*

XVI.

Hic vox אוב sive אובת *Ob* duo notat. 1. Dæmonem sive Spiritum respondentem. 2. Hominem consulentem. Propriè tamen significat *Dæmonem* uti patescit è *c. 20. v. ult. in Levitico.* Is qvi consulit vocatur בעל אוב sive בעלת אוב *Dominus* vel *Domina* Ob. Qvalis erat illa Saulis. Hic ritu utebantur tali: Certo nidore fumigabant. 2. Virgam myrteam manibus tenebant. 3. Admurmurabant Verba. 4. Et tunc afflati vel ut ἐγγαστρίμυθοι & στερνομάντεις eloqvebantur responsa. *Levitic. 20. vers. ult.* *1. Sam. 8. vers. 7.* *Mulier Domina Ob*

XVII.

Altera vox ידענים *Ideonim* LXX. Interpr. vertitur, Γνώστας. Sicut & Græcis Δαίμονες dicuntur veluti δαήμονες. Scientes. 70. alibi vertunt, ἐπαοιδοὺς & τερατοσκόπους. Et hoc sensu referrem ad *Divinationes*, magiam, & ido- *Lev. 20. vers. cit.*

idololatriam. Ritum Æbræi ſic deſcribunt. *Avem* qvæ dicitur ירוע 1. Mactabant. 2. *Osſiculum ori* impoſitum geſtabant. 3. *Fumigabant.* 4. *Circumacto Corpore.* 5. *Cadentes in terram.* 6. *Fundebant mox oracula.*

XVIII.

Non ergò, ut hinc claré apparet, Deus tantùm prohibet, hoc & ſimile qvid agere aut exercere; ſed & vetat pariter conſulere, interrogáre. Participat uterq; dè peccato iſto & ſimili, tam qvi agit & facit, qvam qvi admittit, conſulit, gerit, permittit, non impedit, non tollit. Ut in ſeqventibus ad oculum declarábitur.

XIX.

Levit.19. 4. 5. Ne *reſpiciatis* ad idola.

אל־תפנו

Reſpicere, eſt Contemplari, aſpicere, idq; non tam ſubita & inopinata adſpectione, qvæ ſæpè non eſt in poteſtate noſtra, qvam ſeriâ & moroſâ intentione: idq; vel ad conſiderandum. 2. Vel ad Sermocinandum de iis cum affectu qvodam (qvod proh dolor: nimis freqventer

Illuſtratur. hoc mandatum al-

qventer hodie fieri scimus & experti sumus) vel 3. Etiam oculis intuendum, & qvasi penitus perspiciendum. Adeoq; severa est Dei voluntas, ut avertamus nos illico à talibus monstris, neq; immoremur, neq, moremur qvicqvam, ne respiciamus qvidem. Tanti momenti est apud Deum hoc & omne simile delictum. O attollite oculos mortales & expergiscimini, qvoniam jacet orbis in somnio inferni, & non sentit.

tero ille generaliori Numeror. 15. v. 39. Ne aspiciatis post Cor vestrū. & 1. Johann. 5. v. ult.

Servate ab idolis vosmet. & 1. Cor. 10. cap. 14. φεύγετε Fugite, Fugite, ait Deus Ab idololatria & qvalicunq; ejus communione.

XX.

Simul hic Implicite prohibita est Lectio & tolerantia librorum talium. Qvemadmodum praxis Apostolica in Actis idem luculento exemplo demonstrat. *Vid. cap. 19. Actor. v. 19.*

ἐφέσια γράμματα.

XXI.

Ne plantetur ulla arbor in Sanctuario. *Deuter. 16. v. 21.*

H Per

Vid. 2. Reg. 23. v. 6. Esa. 57. v. 5. Jer. 17. v. 2. Hoseæ 4. v. 13.

Per Sanctuarium intellige ambitum tabernaculi vel Templi. Respicit autem Deus ad Gentilium ritus, qvibus cum symbolizare suum populum Nulla externa specie vult sinere. Notissima est sublucana idololatria tum è Scriptoribus Sacris tum profanis. Ipsiq; Judæi hanc legem strictè observarunt ita ut in atrio ne palum qvidem ullum tolerârint, qvia in textu dicitur: Lignum Nullum כל־עץ. *Utinam nos Christiani parem zelum tandem afferremus.*

XXII.

Exod. 23. v. 15.

Ne juretis per falsos Deos.

Psalm 16. v. 4.

Illustratur sensus Legis Psalm. 16. 4. Non assumam nomen in labiis meis. Vetatur à Deo in genere qvælibet de iis sermocinatio, qvæ testari possit, ullum ergà eos affectum, aut memoriam hærere in animo. *Non audietur nomen eorum in ore Tuo:*

XXIII.

vid. hasce leges omnes Deut. 13. v. 6. 8.

Ne ametis seductorem idololatricum.

Ne desinatis eundem odio proseqvi.

Ne

Ne in periculo mortis præsto-leminì illi.

Ne intercedatis pro illo,

Ne taceatis qvod ad damnan-dum illum in judicio face-re potest.

Ne agatis caussam ejus in ju-dicio.

Rectissimè Joan. Lorinus Num. 22. v. 20. Compassione prorsus indigni homines auguria & divinationes consectantes ac procurantes p. m. 838.

Qvod Ebræi his verbis inculcari censent:

לא תכסה עליו *Non operies super eum.*

XXIV.

Nolite concupiscere, aut in usus vestros convertere, ea qvibus idola vel ornantur vel ad cultum eorundem pertinent. *Deut. 7. v. 25. v. 26.*

Illustrant exempla Mosis Exod. 32. v. 20. & Jacobi, qvi etiam monilia aurea defodiebat. *Gen. 35. v. 4.* Hiskiæ 2. Reg. 18. v. 4. Josiæ cap. 23. Caussa tanti rigoris additur Deut. l. cit. v. 26. כי חרם הוא *Conf.* 1. Qvia *abominatio hoc est.* *Deut. 13. v. 7.* Plura huc fa-

Josuæ 6.v.17.7. Achan. facientia in Cap. ultimo forsan erunt dicenda.

Huc refer Deut. 13. v. 16. de Urbe. v. 17. de spoliis.

XV.

Breviter sed plenè Laur. Beierl. Tom. 2. *Complectitur.*

Ne divini, divinationes nter vos inveniantur.

Hic omnis injusta & illegitima curiositas, qva de sermo nobis hactenus fuit, in universum comprehenditur, Et spectant itidem huc leges Deut. 18. v.20.

Ne qvis prophetet per nomen Idolorum.

& Deut. 13. v. 2.

Ne Propheta ejusmodi audiatur.

Divinatio *fit vel revelatione divina& sic dicitur Prophetia. 2. Vel ope Dæmonis & hæc est propriè divinatio, à qvà vocamus*

Sensum legis Esaias cap. 41. v. 23. declarat, Deo soli vindicans futurorum prænotionem, eamq; certam, utpote qvi impedire etiam illa potest qvæ ex caussis naturalibus ex parte præsciri alias ab homine poterant. Vide *Cap. 10. Josuæ v. 13. 2. Reg. 20. v. 11. 1. Reg. 17. v. 1. 2. & 1. Sam. 12. 17. 18.* Omnem itaq; divinationem vetat, qvæ simpliciter & absolutè instituitur de futuris, ac 2. illam in Specie, qvæ humanas vires excedit adeoq; ex defectu connexionis causarum, vel Cohæsionis cum mediis ac signis adhibitis

hibitis vel ad tacitam vel expressam dæmonis opem reducuntur. Præterea tenendum sic, non tantum illa vetari, qvæ dicta sunt, sed & ea divinandi genera, qvæ revera aliqvando ita contingunt, uti prædicantur. Qvod & de actibus superstitiosis cum effectibus illorum vere nonnunqvam subseqventibus capiendum erit.

Divinos, *qvi ope Dæmonis divinant* *Estq; illicita usurpatio notitiæ vel prædictionis futurorum contingentium. Extenditur tamen ad aliorum occultorum, qvæ qvis humano modo cognoscere nequit, illicitum studium & patefactionem. 3. Unde sub se complectitur omnes species* Necromantiæ, Augurii & Sortilegii.

Varias Species vide in Delrio disqvis. Magicar. l. 4. Episcop. Institut, Theologic. l. 3. Sect. 3. Capit. 1. Adde Augustinum de Natur. Dæmon. apud Gratianum Caus. 26. qvæst. 3. 4.

Vid. locum Hoseæ Cap. 4. v. 12.

Baculus ejus indicat ei. *& explicantem id Rhodigin. L. Antiq. Lib. 4. c. 29. Adde similia Ezechiel, c. 21. & ibi Hieronymum.*

XXVI.

Ne Magus inter vos exerceatur.

Deut. 18. v. 10.

Generaliter v. 9. subjungit Deus,

Ne

Ne discas facere secundum abominationes Gentium. Qvod & Levit. 20. v. 23. Sic expresserat:

Ne ambuletis in consvetudinibus & ritibus gentilium.

Huc spectant specula Magica, Pollice præsagire, &c. qvæ longo ordine & per classes habet

Hic sub Mago complectitur textus etiam τὸν מעונן i. *Præstigiatorem*, qvi oculos fascinat. מנחש est *Augur* מכשף est *Veneficus*, & talis, qvi mira patrando occupatur sive juvet sive noceat, sive qvidvis tractet in hoc genere. Qvo sesu de jezabele legitur, qvod φαρμακείαις fuerit dedita. Et damnatur omnis Magiæ usus et scientia, tam *occulta & subtilis*, qvam *Aperta* & *manifesta*.

L. Beierl. Theatr. Tom. 2. *voce* divinatio *p.* 200. 210. *& seq.*

XXVII.

Ne Omina aut Auguria fiant.

Lev. 19. v. 26.

Hic continentur Præsagia ex eventibus fortuitis, verbis, occursu pecoris, Æthiopis, lupi &c. Strepitu ostii. Tinnitu aurium. Sternutatione, si manè fiat, infaustum est, Sin à Prandio, bonum omen. Qvæ omnia & singula Deus peculiari lege prohibere voluit, ut testaretur

retur suum odium ergà talia & à futuro periculo cavendum esse præmoneret secus agentes. Qvam vero grata Deo sit provincia, in qva ejus generis portenta non sunt cognita, locus iste Num.23. 28. abundè ostendet.

Confer 1.Sam.15 v.23. & Num.23. v. 28.

XXVIII.

Ne divinationes fiant per tempora.

Levit.19. v. 26.

Qvod intelligitur de Astrologia judiciaria, non Naturali, ita tamen, ut, si & ista ultrà veri similem conjecturam procedat, aut pro scientia certa habeatur, intelligatur non minus vetita. Qvippe qvæ Jerem. 10, 2. *Inter Vanitates* & *statuta Gentium* dilucide recensetur. Neq; obstat, qvod eventus sæpè respondent. Aut enim id *Casui* tribuendum aut *Persvasioni* aut *Iusto Dei judicio*, sicut de Ascletarione & Cæsare Domitiano legitur, ut & de morte Julii Cœsaris, & principatu Tiberii &c.

Vide locum cardinalem Esai. 47. v. 13.

חברו & החוזים בכוכבים שמים

Speculantes stellas Scrutantes Cœlos

V. prolixè hoc docentem Gratianum ex Augustino Caus. 26. qv. 5. cap. 14. Meretur qvippe legi.

XXIX.

XXIX.

Deut. 18. v. 2. νεκρομαντεία. Vulgo, schwarze Kunst Qvasi Nigromantia.

Ne fiant incantationes adjurationesve!
Ne consulantur mortui

Qvibus omnibus & singulis Pollui gentem Sanctam, Christianos, Animas fideles expressim legitur Levit. 19. v. 26.
Ne polluatis vos talibus.

XXX.

Concil. Ancyran. c. 1. apud Gratian. caus. 26. qvæst. 5. cap. 12. Episcopi eorumq; ministri Omnibus modis elaborare

In Evangelio non abrogatæ sunt sed ad pleniorem observantiam exhibita jam caritate Dei in filio sunt traductæ.

Repetuntur 1. 1. Cor. 10. & 1. Johann. v. ult terminis *Fugiendi & Cavendi.* Φεύγετε, Φυλάξατε, satis innuente Spiritu Sancto, Qvantum Odium, qvantamq; sui custodiam reqvirat à Christianis. Qvod & Paulus generalissimo axiomate explanat. *Non est Communio Christi & Belialis. Non debet Christianus* Ετεροζυγεῖν.

Lux

Lux & Tenebræ non miscentur *studeant*
Redarguite POTIUS opera tenebrarum. *ut pernicio-*

sam & à diabolo inventam sortilegam & magicam artem ex parochiis suis eradicent: Etsi aliqvem Virum aut Mulierem hujuscemodi sceleris sectatorem in venerint, TURPITER DE HONESTATUM de parochiis suis ejiciant, *2. Cor. 2. v. 14.*
Ephes. 5.

XXXI.

Patet nunc, ut opinor, ex hactenus allegatis, qvale & qvantum sit Peccatum id qvod vulgo nominatur & est Superstitio. Non certè simplex, non unum, non vulgarium, & Triviale, sed Compositum, aggregatum ex pluribus, singulare, & *Directè impetens cum Majestatem Dei*, qvæ omni ex parte inviolabilis est, tum *animæ qvoq; salutem*, *qvæ ex priori necessariò seqvitur.* Nam etsi in suo genere *Vana* talis *Observantia* certam speciem constituit, tamen vel deducit ad *Divinationem* vel implicat *Magiam* ex concursu Dæmonis, vel infert *Idololatriam ex dependentia* à rebus in Dei locum vanè & nefariè repositis tum *Opinione*, tum *Observatione*, tum *Spe eventus alicujus Certi & Superstitiosi.*

V. Less. de Iustit. l. 2. c. 43. 44. & seq. Malder. de Virtut Theolog. l. 10. c. 6. 7. dub. 1. & seq.

Eaq;

XXXII.

Peccatum hoc multiplici respectu gravatur 1. Intuitu Dei, tum colendi, tum amandi, *tum obediendi, ut & ei adhærendi, & aversandi Hostes omnes & adversarios illius.* 2. Qvoad Hominem. *Ratione sui ipsius, perdendo se in æternum.* 3. Potissimum intuitu Christi *Servatoris, conculcando sangvinem redemtionis, abnegando Salvatorem, deserendo Dominum proprium & summe bonum.* 4. Qvoad rem ipsam. *Peccatum illud continet in se, Idololatriam. Blasphemiam. Apostasiam. Desperationem. Odium Dei. Homicidium. Nefandam pollutionem. Obstinationem. Indurationem. Mendacium. Furta, rapinas, dolum, Contemtum Verbi, Hypocrisin, Sacramentorum detestabilem abusum, irrisionem, atheismum, & plura, vel* ipso facto, *vel* consecutive, *vel*, in se, *vel* per Accidens, *vel* Natura sua, *vel* Eventu, *& in* suis causis.

Eaq; fini operose & per viscera misericordiæ Domini ac Dei nostri obtestamur & rogamus unum qvemq; præcipue eos, qvi cum potestate sunt & regimine Animarum in Triplici statu Vitæ humanæ, suam uti huic malo medendo commodent operam, eamq; non frigidam, sed seriam & gravem & sedulam. Instat dies retributoria. Agamus qvod agendum est.

CAPUT

CAPUT QVINTUM.

Qvomodo sit cavenda. Qvare. Qvibusve Modis ac Mediis fugienda. Qvam severè detestanda ac punienda. Conclusio.

I.

SUperstitio qvid sit Cap. 1. Ostensum fuit, qvomodo ex suo genere sit *Peccatum Mortale*, & qvod oriatur vel ex *infidelitate*, vel *Crassa ignorantia rerum fidei*, continetq; falsam significationem fidei contrà doctrinam salvificam, & deniq; notabilem irreverentiam in Deum.

II.

Reducuntur autem ad Genus qvasi huc illa, qvæ etiam suprà allegavimus *Idololatria*, *Divinatio*, *Vana observantia*, strictè dicta *Superstitio*, ad qvam postremam mox refertur *Magia*, alias tanqvam aliqvid *Gravius* & *Deterius* considerata.

III. Re-

III.

Esa. 47. v. 9. Adeò fons veluti & caput & radix est omnis Vitii Spiritualis, & pœnæ justitiæ Dei, qvâ stante nec gratia in fundi animæ potest, nec donum Spiritus Sancti conferri, nec in publicum emanare Benedictio.

IV.

Nunc ergò sub finem attendamus Cautionis tanti mali remedia & instrumenta. Ac primò qvidem, Unumqvodq; eò magis caveri solet & debet, qvo est perniciosius. Perniciosius verò illud ex dictamine religionis semper censetur, qvod à Deo abducit vel longius vel subtilius. Utrumq; facit Superstitio.

V.

Qvæ si ortum spectes remedia paria & opposita desiderat. Nam si qvis fugiat vel occasiones vel caussas Morbi, non incidet in ægrimoniam. Hic inter Primarias Caussas Superstitionis obtinet,

Ignorantia s. Defectus Cognitionis Divinæ.

VI. Certè

VI.

Certè, Deum nosse, Christum scire, radix est Vitæ & fons justitiæ. Cognitio autem est illa non Oris professio, non qvaliscunq; externa demonstratio & confessio, sed viva, intima, efficax, homogenea suo motori agnitio, tum in mente qvidem per intellectum resplendens; tum vero potissimum per Amorem tanqvam vim unitivam in vita ejusq; actionibus Deo conformis, qva boni amplexum, qva mali fugam.

VII.

Ante omnia igitur eò domi, publicè, in coetu ad laborandum erit, ut vera & salutaris Dei notitia cordibus mortalium â teneris implantetur. Huc facient crebri discursus domestici *de Deo, de Christo, de foedere gratiæ, de amore Dei, de beneficiis Dei in Christô, de Lapsu primi Hominis, de Fine Creatoris, de Vita ventura, de Animæ immortalitate, de odio Serpentis erga Humanum genus, de pœnis inferorum & sic deinceps.*

Psal. 19. Esai. 8. 2. Tim. 3. Johan. 5. ἐρευνᾶτε. Col. 1. Inhabitet in vobis Sermo Christi πλουσίως.

VIII.

Secundò, *Deficientia fidei timo-*

ris

ris DEI, *imò Sui ipsius cognitionis.*

Nam cum duo Principia sint salutis æternæ, *Nosse Deum* & *Nosse se ipsum*, sicubi in alterutro deficimus actum est.

IX.

Vid. Hoseæ 4. v. 12.

Hinc fit, ut qvi Deo non Confidunt, eundem nec timeant. 2. Porro, ut timenda non timeant. 3. Et vice versa, Timeant non timenda: Credant non Credenda & qværant fiduciam in suis vanitatibus. Qvorum non citius ope humana ministeriali remedium ullum dabitur, qvam si admoti Deo Creatori cœperint abeo intus in calescere & illuminari.

X.

V. Colos. 2. v. 23. *Speciem habentes sapientiæ.*

Tertiò, *Philautia & præsumtio.* Qvâ nemo non hodie in rebus divinis tantum sibi sapere videtur, qvantum satis est, aut certè sufficere sibi credit. Qvod malum non excelsa mundi afflavit solum sed & vulgus imperitum penitus affecit atq; interemit.

XI.

Qvartò. *Curiositas, & rerum occultarum,*

tarum, novarum, singularum, speciosarum affectatio. Hujus mali originaria labes est, & cum ipso peccato imbibita Cæterum qvod maxime tentat & in volvit eruditos, seculares, medicos, Chymicos & avaros Oeconomos, ac in genere amatores mundi.

XII.

Qvintò, *Consvetudo, error popularis*, qvi inscios & invitos, Doctores, plebejos, passim invadit ab ipsa non nunqvam juventute. Cui malo diligens Oratio, cauta conversatio, sedula inqvisitio, & verbi DIvini ante omnia Lectio, Auditioq; funditus opponenda sunt.

XIII.

Sextò, *Exempla, Imitatio, Moderatio, humilitas, conformatio cum praxi currente, Vitiosa & pigra tolerantia, credulitas.* Hæc qviqpe singula qvotidie in sensus incurrunt. Trahit vara vibiam. Zelus nullus. Correptio timida. Detestatio rara, laxa, & qvasi aliud agens. Adulatio seculi. Placere Hominibus. Studium rei. Nolle contemni, & id genus similia.

XIV. Septi-

XIV.

Vide Scripturam Psal. 119. v. 59. Ephes. 5. v. 15.

Septimò, *Falsa persvasio circà doctrinam* de adiaphoris, *& rebus indifferentibus*. Hisce enim, qvia non adjungitur debita informatio insinuant se per oscitantiam, Levitatem, inconstantiam, & brutalem qvid vis agendi impetum fanda infanda, futilia, abominationes. Et tamen apologia pro Superstitione nulla ferè vel communior est vel fortior. Neq; parum adjuvant hunc abusum indocti Physici, Medici, Sacerdotes, nobiles, & Patres familias.

XV.

Ante omnia nunc ergò necessum erit, Hos & tales fontes atq; origines tam prodigiosi mali obstruere & contumulare. Qvod per status omnes Vitæ civilis jure summo faciundum esse certo statuimus atq; decernimus. Secus acturis *Nulla Salus*.

XVI.

Ab hisce cum discedimus Non minor fugæ causa se offert, *Multiplex hujus peccati Comitatus*. Primò qvidem, mentem, nobilissimam partem nostri abducit

ducit à ſummo Bono, qvod ſummum eſt Deus. 2. Inde variis mæandris, anxietatibus, conſiliis, præſidiis qværendis animum involvit atq; irretit, ut nec qvies illi vera detur nec conſiſtentia, qvam vocant, interna. 3. Tum fervor & zelus perverſus obſident, & ipſam adeò pietatis curam, ſtudiumq; obfuſcant, ne lux cœleſtis gratiæ infundi ſuſtineat. 4. Mox ex uſu & freqventia, pertinacia & habitus qvaſi qvidam mali oboritur, cui extirpando ferè de laſſetur religioſa induſtria. 5. Et poſtremò ſuccedit apertà Magia idololatria, divinatio, vel qvod lacrymabile, Totius fidei apoſtaſia tam in fide qvam opere.

XVII.

Ex parte Dei Optimi Maximi commovere pios omnes & impios debent ſevera, anxia & accurata illa Dei mandata, qvorum Catalogum ſupra Cap. 4. *Proximè* præcedenti exhibemus. Nec enim colligere aliter ratio rectà poteſt, qvàm *Horribile ac ſingularium illud eſſe Cenſendum Malum*, qvod ſumma Dei Bonitas tanto ambitu promulgat & circumſepit.

Vide Math. 15. ἀφεῖε αὐτὺς. Coloſſ. 2. v. 8. 16. 20. 21. Jerem. Cap. 10. v. 2. Eſai. Cap. 44. v. 25.

XVIII.

Adcedunt exempla Sanctorum, qvi nobis suo facto viam rectam commonstrarunt ubiq; Moses, Elias, Hiskias. Josias. Discipuli Actor. 19. v. 19. Paulus Joannes, imò ipse Dominus Noster & unicus Magister Christus Jesus, qvi subinde locuturum Dæmonem increpabat & tacere jubebat.

XIX.

Qvorum Vestigia seqvuntur Concilia antiqvæ Ecclesiæ, ut e. gr. Laodicenum, Carthaginense, Altisiodorense, Moguntinum. *Vid. Nomo Canon. Photii. Tit. 9. c. 15.* Concil. Ancyran. can. 23. Qvi aruspices ἐπὶ ἀνερευνήσει φαρμακειῶν consulunt, *qvinqvennium pænitere* jubentur. Concil. Laodicen. Cap. 36. etiam φυλακτήρια prohibet. Sic & Concilium Agathense Can. 68. Concil. Toletanum 4. Cap. 28. De clerico magos consulente statuit: *Ab Honore dignitatis suæ suspensus monasterii curam suscipiat, ibiq; pænitentiæ perpetuæ deditus, scelus admissum sacrilegii solvat.* Concil. Aurelianense I, cap. 42. de iisdem: *Cum his, qvi eis*

credi-

crediderint, ab Ecclesiæ communione pellantur. Sic & Concil. Carthagin. 4, can. 89. Concilium Turonense 3. c. 42. *Admonemus fideles*, ut caveant magicas artes, in cantationesq; qvibus in firmitatibus hominum NIHIL REMEDII potest CONFERRI, NON ANIMALIBUS LANGVENTIBUS CLAUDICANTIBUSVE VEL MORIBUNDIS QVIDQVAM MEDERI, non ligaturas ossium, vel herbarum cuiqvam mortalium adhibitas prodesse. HÆC VERO ESSE LAQVEOS ANTIQVI HOSTIS, qvibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Concil. Turon. 2. cap. 23. Qvi Calendas Januarii colunt, qvos seqvi pedas erroris Antiqvi nominant & alios magicos ab Ecclesia repelli jubet, nec participare Sancto altario permittant Sacerdotes qvi Gentilium observationes custodiunt. Gravissimè *Martinus Bracarens. in Capitulis Num. 72.*

censet : *Non liceat* Christianis tenere traditiones Gentilium, observare vel colere elementa aut Lunæ, aut stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam pro domo facienda aut propter segetes vel arbores plantandas, vel conjugia socianda. Scriptum est enim omnia qvæ facitis aut in verbo, aut in opere, omnia in nomine DOMINI JESU CHRISTI facite. Nec in collectionibus herbarum, qvæ medicinales sunt, aliqvas observationes, aut incantationes liceat attendere, nisi tantum cum Symbolo divino, aut oratione Dominica, ut tantum Deus Creator omnium & Dominus honoretur. Si qvis autem paganorum consvetudinem seqvens, divinos & sortilegos in domum suam introduxerit, qvasi ut malum foras mittant, aut maleficia inveniant &c.

Coloss. 3.

Qvinq;

Qvinq; annis pœnitentiam agant. Mulieribus qvoq; Christianis non liceat in suis lanificiis vanitatem observare, sed Deum invocent adjutorem.

Sic & Constantinopolitan. 6. General. Canon. 61.

Qvi sevatibus tradiderunt, vel qvi Centuriones dicuntur, aut iis similibus, ut ab illis discant, si qvid sibi revelari velint, Canoni qvi est de Sexennio subjiciantur. Ut & ii, qvi Fortunam, Fatum, Genealogiam aut similium turbam verborum ad nugas deceptorias obloqvüntur, eosq; qvi nubes fugare dicuntur, & imprecatores, & Amuletarios, & Vates. In his autem perseverantes nec fugientes hæc perniciosa & Ethnica instituta OMNINO EIICIENDOS ab Ecclesia definimus. Nam qvæ Luci cum tenebris communio? Aut qvæ concordia Christi & Belial?

Canon.

Canon 62 Ne festa Gentilium celebrentur.

Satur-nalia. Jul-Spiel in Dania &c.

Calendas & vota & Brumalia & qvi primo die Martii mensis fit conventum ex fidelium Civitate omninò tolli volumus. Sed & publicas mulierum saltationes multam noxam exitiumq; afferentes. Prætereà & eas qvæ nomine Deorum fiunt saltationes ac mysteria more antiqvo, & à ritu Christianorum alieno rejicimus; statuentes, ut nullus Vir deinceps veste muliebri induatur, nec mulier veste virili. Sed nec Comicas nec Tragicas nec Satyricas personas induant, nec execrandi Bacchi nomen in vindemiis invocent, IGNORANTIA VEL VANITATE EA, qvæ à Dæmonis impostura procedunt, exercentes.

Concilium Altisiodorense Canon. 4.

Non licet ad sortilegos vel auguria respicere, nec ad sortes sanctorum, vel qvas de ligno aut pane

pane faciunt, aſpicere; ſed qvæcunq; homo facere vult, omnia in nomine Domini faciat.

Concil. Turon. 2. can. 16. in ſumma B. Caranzæ. p. m. 344.

Qvisqvis unum DEum Patrem regnantem cum Filio & Spiritu Sancto credit, Certè hic non poteſt INTEGER CHRISTIANUS dici, Qvia aliqva de gentilitate cuſtodit. Sunt etiam qvi in feſtivitate cathedræ Petri Apoſtoli cibos mortuis offerunt & poſt Miſſas redeuntes ad Gentilium revertuntur errores. Conteſtamur illam ſollicitudinem tam Paſtores, qvam Preſbyteros gerere, ut qvemcunq; in hac fatuitate perſiſtere viderint, vel ad petras, aut arbores aut fontes deſignata loca Gentium perpetrare, qvæ ad Eccleſiæ rationem non pertinent, Eos ab Eccleſia Sancta autoritate repellant, nec participare ſacro altario permittant, qvi Gentilium obſervatio-

nes

nes custodiunt. Qvid enim dæmonibus cum Christo commune? etc.

Concil. sub Carolo M. Anno 742. 2. Calend. Mart. Canon. 5.

Decrevimus, unusqvisq; Episcopus in sua parochia solicitudinem habeat adjuvante *Gravione* (*i. e. judice*) qvi defensor Ecclesiæ est, ut populus Dei paganias non faciat, sed ut omnes spurcitias Gentilitatis abjiciat.

XX.

Nec minus indignantur Leges Civiles à summis Magistratibus promulgatæ. *L. Nemo C. de Malefic.* Nemo aruspicem consulat aut mathematicum: nemo ariolum. augurum & vatum prava confessio conticescat. Chaldæi, magi & cæteri qvos maleficos appellant, nec ad hanc partem aliqvid machinentur. Sileat perpetuò divinandi curiositas Etenim supplicio Capi-

L. Nemo C. de Mathemat.

Capitis ferietur, gladio ultore proſtratus, qvicunq; juſſis noſtris haud obſeqvetur. *Sic Conſtantinus.*

XXI.

Conſtantius & Julianus Cæſ. ad Taurum P. P. l. 7. & ſi Cod. de Maleſ. reſcribunt ita:

Si qvis Magus, vel Magicis Carminibus adſvetus, qvi Maleficus vulgi conſvetudine nuncupatur, aut aruspex, aut ariolus, aut certè augur, vel Mathematicus, aut enarrandis ſomniis occultans artem aliqvam divinandi, aut certè aliqvid horum ſimile exercens in comitatu meo vel Cæſaris fuerit deprehenſus, præſidio dignitatis exutus cruciatus & Tormenta non fugiat. Si verò convictus fuerit, & ad proprium facinus detegentibus pernegando repugnaverit, ſit eqvuleo deditus, ungu-

gulisq; ſulcantibus latera perſe-
rat pœnas dignas facinore.

XXII.

L.2.C.de Pagan. & ſacrif. Theodoſius *l. 2. C. de pagan. & Sacrific.* ita ſancit; Ne qvis mortalium ita faciendi Sacrificia ſumat audaciam, ut inſpectione jecoris, Extorumq; præſagio vanæ ſpem promiſſionis accipiat; vel, qvod deterius, futura ſub exſecrabili conſultatione cognoſcat. Acerbioris etenim imminet ſupplicii acerbitas.

XXIII.

LL.12.Tabul.apud Senec. l. 1. Nat.q. 4. Immò, qvod non ſine dolore allegamus & exaggeramus meritò ipſæ Gentes ſtante caligine in *LL. XII. Tabb.* Sic intonant: *Ne qvis fruges excantasſit,*
Neve alienam ſegetem pellexerit.

Et Ulpianus *l. 1. in princip. De Extr. Cogn.* Si incantavit, ſi imprecatus, ſi exorcizavit, non ſunt iſta medicinæ genera. *Iterum l. ult. C. de Maleſ. ita definit*: Qvicunq; maleficio-

V. legem divinam Deut. 13. v. 1. 2. ſeq.

ciorum labe pollutum audierit, deprehenderit, occuparit, illicò ad publicum pertrahat, & judicum oculis communis salutis hostem ostendat. Accusatorem autem hujusmodi Criminis (*arrige aures Christiane Lector!*) Non Delatorem esse, sed dignum magè præmiis arbitramur. *L. 3. in fine. Eodem.*

XXIV.

Remedia qvod attinet, desumuntur vel *ex Magistratu*, vel *ex Ecclesia*, vel *è Scholis*, vel *è propria conversatione*.

XXV.

Magistratui gladius à Deo adversus hoc Crimen si sit convictum & incorrigibile cætera, probatum expressâ Lege est commissus. Exod. 22.

Veneficas Ne sinas vivere.

Idq; cum hac severa clausula: Deut. 23. v. 2.

Oculus Tuus ei ne parcat.

Vide supra plura è Sacris allegata & exposita.

Vbi notabilis est expositio Philonis (At qvanti Viri!) κελεύει φαρμακευτὰς μηδεμίαν ἡμέραν βιοῦν, ἀλλ' ἅμα τα

τῷ ἁλῶναι, τεθνάναι. i. e. *jubet Deus veneficas* ne uno qvidem die super vivere, sed simul ac captæ sunt, occidi.

XXVI.

In Ecclesia Ministris incumbit, nullam occasionem rebus sic stantibus amittere, publicè privatimq; inculcare Hujus peccati excellentiam. 2. In confessionibus inquirere, adhortari, observare, instituere, idq; ex qvalitate & conditione personarum, qvæ vicinæ saltim sunt contagio, non tamen sine magna circumspectione, ne doceant malum simplices, dum dehortantur. e. gr. Opiliones, Fabros ferrarios, Rusticos, Vetulas, Milites, Nobiles, Prætores, Præfectos, cum primis admoneri decet, illos, ne exerceant, & reticeant, hos verò, Ne admittant, rogent, impunitum relinqvant.

Sic Peucerus l. de Divinat. cap. de Theomantia *testis est*, *Pilappios magos per ministros illuc missos fuisse conversos & à crimine retractos* p. 283.

Vid. Levit. 20. v. 27. *Deut.* 18. v. 20.

XXVII.

Ac cumprimis in conscientiâ obtestandos esse censemus, *Ne laciniis & ambagi-*

bagibus permittant rabularum mixta ejusmodi flagitia, sed eam in rem prudentes simul & cordatos audiant Theologos & Ictos, è qvorum numero benè multos nunc indicamus: Marci Antonii *Peregrini Consilium de processu Contra Jagas. Anno 1669. Coloniæ.*

Pauli Laymanni Processum Juridicum contrà sagas

Althusium lib. 1. Dicaiolog. C, 102. 105.

Zepperum in Expositione LL. Mosaic. lib. 4. cap. 4.

XXIIX.

E Scholis medicina petitur efficax valdè, & itura mox in viros & respublicas. Et qvidem primò, in classibus inferioribus instillentur semina pietatis, Zeli & amoris divini, Freqventer exaggerent Præceptores beneficia Dei præstita humano generi, Vitæ æternæ præmium destinatum puellis, pueris, senibus timentibus Deum, Pœnam Gehennæ petulantibus, ferocibus, inobedientibus &c.

XXIX.

Tertiò, Malum pariter depingatur, Ejus origo Hominem à principio Bonum

esse

esse conditum, integrum, sanum, vegetum, in paradiso locatum, felicem, immortalem si voluisset, & Angelicum. Omnem culpam, morbum, timorem, mortem, plagas esse à Malo. Id timendum ne agatur, vel audiatur, vel conversando admittatur. In carne, in cogitatione si sentiant, ne indulgeant, sed reprimant, & semper memores vivant Baptismi, qvi eum in finem qvâ cunqꝫ occasione renovabitur.

XXX.

Delrio *stylum P.* Jovii *idcircò perstringit*. Lipsius Bembi *non minore severitate. Qvi tamen ipse nimius in talibus esse solet.*

Qvartò, in Superioribus dum Latina & Græca è Scriptoribus Ethnicis docentur, valdè utile & necessarium est, ut iuxtà puritatem lingvæ simul ab inepta formularum phrasium, juramentorum, Deorum gentilium imitatione caveant & sibi â teneris moderentur. e. gr. *Augurari, Bonis avibus. Propitiâ junone. Invita* Minervâ. *Ex tripode. Laureum gestare baculum. Ædepol. Mehercule. Musas invocare.* & id genu Salia. De qvibus gravissimè Tertullianus: *Sine dubio, dum docet, Commendat, Dum tradit, affirmat, dum Commemorat, testimonium dicit:*

De Idololatr. cap. 10. p. 11. lege reliqva.

Eadem

XXXIII.

Eadem cum cura & præfatione Poëtarum lectiones inculcamus ita ut selecta, Moratiora, Castioraq; prælegantur castigentur semper ea, qvæ gentilismum sapiunt, & qvomodo eleganter convertenda in dictionem Christianam juxtà indicetur.

Vid. Augustin. Epist.131. ad Memor. Episcop.

Sic Chrysostomus ex Aristophane scribit eleganter Græce sed Christianè. Vid Scalig. Præfat. Catulli sui.

XXXII.

In tractatu Antiqvitatum, qvas vocamus, tenendum, ut qvoties proponuntur Historicè tantum fiat, idq; sine tacita approbatione, qvin potius cum emendatione, detestatione & Christianæ veritatis oppositione.

XXXIII.

In Comœdiis Terentii, Plauti & aliorum, Senecæ Tragœdiis, Sophoclis &c. Non minor diligentia reqviritur & Zelus discretionis. Tanqvam qvibus tacita semina luxuriæ, licentiæ, pravi consortii, lenocinia voluptatum & plu-

ra

censet : *Non liceat* Christianis tenere traditiones Gentilium, observare vel colere elementa aut Lunæ, aut stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam pro domo facienda aut propter segetes vel arbores plantandas, vel conjugia socianda. Scriptum est enim omnia qvæ facitis aut in verbo, aut in opere, omnia in nomine DOMINI JESU CHRISTI facite. Nec in collectionibus herbarum, qvæ medicinales sunt, aliqvas observationes, aut incantationes liceat attendere, nisi tantum cum Symbolo divino, aut oratione Dominica, ut tantum Deus Creator omnium & Dominus honoretur. Si qvis autem paganorum consvetudinem seqvens, divinos & sortilegos in domum suam introduxerit, qvasi ut malum foras mittant, aut maleficia inveniant &c.

Coloss. 3.

Qvinq;

Qvinq; annis pœnitentiam agant. Mulieribus qvoq; Christianis non liceat in suis lanificiis vanitatem observare, sed Deum invocent adjutorem.

Sic & Constantinopolitan. 6. General. Canon. 61.

Qvi sevatibus tradiderunt, vel qvi Centuriones dicuntur, aut iis similibus, ut ab illis discant, si qvid sibi revelari velint, Canoni qvi est de Sexennio subjiciantur. Ut & ii, qvi Fortunam, Fatum, Genealogiam aut similium turbam verborum ad nugas deceptorias obloqvuntur, eosq; qvi nubes fugare dicuntur, & imprecatores, & Amulctarios, & Vates. In his autem perseverantes nec fugientes hæc perniciosa & Ethnica instituta OMNINO EIICIENDOS ab Ecclesia definimus. Nam qvæ Luci cum tenebris communio? Aut qvæ concordia Christi & Belial?

Satur-nalia. *Jul-Spiel in Dania &c.*

Canon 62 Ne festa Gentilium celebrentur.

Calendas & vota & Brumalia & qvi primo die Martii mensis fit conventum ex fidelium Civitate omninò tolli volumus. Sed & publicas mulierum saltationes multam noxam exitiumq; afferentes. Prætereà & eas qvæ nomine Deorum fiunt saltationes ac mysteria more antiqvo, & à ritu Christianorum alieno rejicimus; statuentes, ut nullus Vir deinceps veste muliebri induatur, nec mulier veste virili. Sed nec Comicas nec Tragicas nec Satyricas personas induant, nec execrandi Bacchi nomen in vindemiis invocent, IGNORANTIA VEL VANITATE EA, qvæ à Dæmonis impostura procedunt, exercentes.

Concilium Altisiodorense Canon. 4.

Non licet ad sortilegos vel auguria respicere, nec ad sortes sanctorum, vel qvas de ligno aut pane

pane faciunt, aſpicere; ſed qvæcunq; homo facere vult, omnia in nomine Domini faciat.

Concil. Turon. 2. can. 16. in ſumma B. Caranzæ. p. m. 344.

Qvisqvis unum DEum Patrem regnantem cum Filio & Spiritu Sancto credit, Certè hic non poteſt INTEGER CHRISTIANUS dici, Qvia aliqva de gentilitate cuſtodit. Sunt etiam qvi in feſtivitate cathedræ Petri Apoſtoli cibos mortuis offerunt & poſt Miſſas redeuntes ad Gentilium revertuntur errores. Conteſtamur illam ſollicitudinem tam Paſtores, qvam Preſbyteros gerere, ut qvemcunq; in hac fatuitate perſiſtere viderint, vel ad petras, aut arbores aut fontes deſignata loca Gentium perpetrare, qvæ ad Eccleſiæ rationem non pertinent, Eos ab Eccleſia Sancta autoritate repellant, nec participare ſacro altario permittant, qvi Gentilium obſervatio-

nes

nes custodiunt. Qvid enim dæmonibus cum Christo commune? etc.

Concil. sub Carolo M. Anno 742. 2. Calend. Mart. Canon. 5.

Decrevimus, unusqvisq; Episcopus in sua parochia solicitudinem habeat adjuvante *Gravione* (*i. e. judice*) qvi defensor Ecclesiæ est, ut populus Dei paganias non faciat, sed ut omnes spurcitias Gentilitatis abjiciat.

XX.

Nec minus indignantur Leges Civiles à summis Magistratibus promulgatæ. *L. Nemo C. de Malefic.* Nemo aruspicem consulat aut mathematicum: nemo ariolum. augurum & vatum prava confessio conticescat. Chaldæi, magi & cæteri qvos maleficos appellant, nec ad hanc partem aliqvid machinentur. Sileat perpetuò divinandi curiositas. Etenim supplicio

L. Nemo C. de Mathemat.

Capi-

Capitis ferietur, gladio ultore proſtratus, qvicunq; juſſis noſtris haud obſeqvetur. *Sic Conſtantinus.*

XXI.

Conſtantius & Julianus Cæſ. ad Taurum P. P. l. 7. & ſi Cod. de Maleſ. reſcribunt ita:

Si qvis Magus, vel Magicis Carminibus adſvetus, qvi Maleficus vulgi conſvetudine nuncupatur, aut aruspex, aut ariolus, aut certè augur, vel Mathematicus, aut enarrandis ſomniis occultans artem aliqvam divinandi, aut certè aliqvid horum ſimile exercens in comitatu meo vel Cæſaris fuerit deprehenſus, præſidio dignitatis exutus cruciatus & Tormenta non fugiat. Si verò convictus fuerit, & ad proprium facinus detegentibus pernegando repugnaverit, ſit eqvuleo deditus, ungu-

gulisq; sulcantibus latera perferat pœnas dignas facinore.

XXII.

L.2.C.de Pagan. & sacrif. Theodosius *l. 2. C. de pagan. & Sacrific.* ita sancit; Ne qvis mortalium ita faciendi Sacrificia sumat audaciam, ut inspectione jecoris, Extorumq; præsagio vanæ spem promissionis accipiat; vel, qvod deterius, futura sub execrabili consultatione cognoscat. Acerbioris etenim imminet supplicii acerbitas.

XXIII.

LL.12.Tabul.apud Senec. l. 1. Nat.q. 4. Immò, qvod non sine dolore allegamus & exaggeramus meritò ipsæ Gentes stante caligine in *LL. XII. Tabb.* Sic intonant: *Ne qvis fruges excantassit,*
Neve alienam segetem pellexerit.

Et Ulpianus *l. 1. in princip. De Extr. Cogn.* Si in cantavit, si imprecatus, si exorcizavit, non sunt ista medicinæ genera. *Iterum l. ult. C. de Malef. ita definit*: Qvicunq; malefi-

V. legem divinam Deut. 13. v.1.2.seq.

cio-

ciorum labe pollutum audierit, deprehenderit, occuparit, illicò ad publicum pertrahat, & judicum oculis communis salutis hostem ostendat. Accusatorem autem hujusmodi Criminis (*arrige aures Christiane Lector*:) Non Delatorem esse, sed dignum magè præmiis arbitramur. *L. 3. in fine. Eodem.*

XXIV.

Remedia qvod attinet, desumuntur vel *ex Magistratu*, vel *ex Ecclesia*, vel *è Scholis*, vel *è propria conversatione*.

XXV.

Magistratui gladius à Deo adversus hoc Crimen si sit convictum & incorrigibile cætera, probatum expressâ Lege est commissus. Exod. 22. *Ubinotabilis est expositio Philonis (at qvanti Viri!)*

Veneficas Ne sinas vivere.

Idq; cum hac severa clausula: Deut. 23. v. 2.

Oculus Tuus ei ne parcat.

Vide supra plura è Sacris allegata & exposita. κελεύει φαρ-

μακευτὰς μηδεμίαν ἡμέραν βιοῦν, ἀλλ' ἅμα

τῶ ἁλῶναι, τεθνάναι. i. e. *jubet Deus veneficas* ne uno qvidem die ſuper vivere, ſed ſimul ac captæ ſunt, occidi.

XXVI.

In Eccleſia Miniſtris incumbit, nullam occaſionem rebus ſic ſtantibus amittere, publicè privatimq; inculcare Hujus peccati excellentiam. 2. In confeſſionibus inquirere, adhortari, obſervare, inſtituere, idq; ex qvalitate & conditione perſonarum, qvæ vicinæ ſaltim ſunt contagio, non tamen ſine magna circumſpectione, ne doceant malum ſimplices, dum dehortantur. e. gr. Opiliones, Fabros ferrarios, Ruſticos, Vetulas, Milites, Nobiles, Prætores, Præfectos, cum primis admoneri decet, illos, ne exerceant, & reticeant, hos verò, Ne admittant, rogent, impunitum relinqvant.

Sic Peucerus l. de Divinat. cap. de Theomantia *teſtis eſt, Pilappios magos per miniſtros illuc miſſos fuiſſe converſos & à crimine retractos* p. 283.

Vid. Levit. 20. v. 27. Deut. 18. v. 20.

XXVII.

Ac cumprimis in conſcientiâ obteſtandos eſſe cenſemus, *Ne laciniis & ambagi-*

bagibus permittant rabularum mixta ejusmodi flagitia, sed eam in rem prudentes simul & cordatos audiant Theologos & Ictos, è qvorum numero benè multos nunc indicamus: Marci Antonii *Peregrini Consilium de processu Contra Sagas. Anno 1669. Coloniæ.*

Pauli Laymanni Processum Juridicum contra sagas

Althusium lib. 1. Dicaiolog. C, 102. 105.

Zepperum in Expositione LL. Mosaic. lib. 4. cap. 4.

XXIIX.

E Scholis medicina petitur efficax valdè, & itura mox in viros & respublicas. Et qvidem primò, in classibus inferioribus instillentur semina pietatis, Zeli & amoris divini, Freqventer exaggerent Præceptores beneficia Dei præstita humano generi, Vitæ æternæ præmium destinatum puellis, pueris, senibus timentibus Deum, Pœnam Gehennæ petulantibus, ferocibus, in obedientibus &c.

XXIX.

Tertiò, Malum pariter depingatur, Ejus origo Hominem à principio Bonum esse

XXXIII.

Eadem cum cura & præfatione Poëtarum lectiones inculcamus ita ut selecta, Moratiora, Castioraq; prælegantur castigentur semper ea, qvæ gentilismum sapiunt, & qvomodo eleganter convertenda in dictionem Christianam juxtà indicetur.

Vid. Augustin. Epist.131. ad Memor. Episcop.

Sic Chrysostomus ex Aristophane scribit eleganter Græce sed Christianè. Vid Scalig. Præfat. Catulli sui.

XXXII.

In tractatu Antiqvitatum, qvas vocamus, tenendum, ut qvoties proponuntur Historicè tantum fiat, idq; sine tacita approbatione, qvin potius cum emendatione, detestatione & Christianæ veritatis oppositione.

XXXIII.

In Comœdiis Terentii, Plauti & aliorum, Senecæ Tragœdiis, Sophoclis &c. Non minor diligentia reqviritur & Zelus discretionis. Tanqvam qvibus tacita semina luxuriæ, licentiæ, pravi consortii, lenocinia voluptatum & plu-

ra continentur, vetita à Deo Ephes.5, tum in *Gestu*, tum in *Sensu* tum in *Verbis*. Ac porro, variæ, & crebræ formulæ insunt, jurandi, gratias agendi, invocandi, obtestandi idola. Qvod Christianis, ne participent, summa cura à tenero in stillandum esse jure censemus.

Tertull. l. cit. c. 20. *Qvid erat dejeratio per Eos qvos ejerasti, qvam prævaricatio fidei cum idololatria? Qvis enim per qvos dejerat, non honorat?*

XXXIV.

Huc referimus abstinentiam piam & prudentem in principum magnatumq; aulis à mimica exhibitione Deorum gentilium, Satyrorum, Cupidinis, Veneris, Martis, &c. Per qvascunq; voluptuarias scenas & eqvitatui dedicatas pompas. Auffzüge. Christiani Veteres retulissent inter pompas Diaboli & spectacula magica.

XXXV.

Deniq; in Communi vitâ anxiè saltim sedulò attendi debet, Qvæ, qvalia & qvinam sint, qvibuscum vel conversamur, vel qvorum usum admittimus, vel qvæ approbamus sermone, idq; hoc præcipuè seculo tam Superstitioso, & in advertentia talium periculosè laborante.

XXXVI.

XXXVI.

Ad majorem Cautionem, & qvidem qvia in hâc parte sæpissimè peccatur vulgo, addemus nonnulla, exqvibus cordato Lectori ansa emerget extendendi illa ad casus similes.

XXXVII.

Iis qvi curationibus sunt promiscuè dediti, tùm activè tùm passivè, aut occultorum scientiam amant, potissimum incumbit, Cautè ambulare. Facient id si alta non affectent, abstrusa non sectentur, incerta certa reddere non contendant, discernant adhibenda, indagent peritiam naturæ, colant patientiam, uni semper adhæreant Deo, ejusq; auxilium in spe & silentio expectent.

Ex præscripto Verbi Divini Prov 25. v. 27. Altiora teneqvæ si eris, sed qvæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper. *& seqq.*

XXXIIX.

Sciant in universum, Qvicqvid præter Deum hic & sanam Naturæ gratiam tentaturi sunt, vanum, inutile, superstitiosum, idololatricum & magi cum fore; & certam fidei ac saluti afferre perniciem.

XXXIX.

Poteſtatem ſi qvam dæmon exerit, tepidis ſuis moribus & impietati tribuant, pii probanti Deo imputant & ſalubriter gemunt. Præclarum eſt illud

Sermon. 197. de Tempore

Auguſtin. Si alligatus diabolus eſt, qvare tantum adhuc prævalet? Verum eſt, Fratres cariſſimi, qvia multum prævalet, ſed Tepidis & negligentibus, & Deum non timentibus in veritate dominatur. Alligatus eſt enim tanqvam canis innexus catenis, & neminem poteſt mordere; niſi qvi illi ſe mortifera ſecuritate conjunxerit. Jam videtur, Fratres, qvia ſtultus eſt Homo ille, qvem Canis in catena poſitus mordet. Tu te illi per cupiditates & voluptates ſeculi noli conjungere, & ille ad te non præſumet accedere.

XL.

1. Pet. 5.

Verbo, FIDEM Petrus deſiderat, ad effugandum Dæmonem, *Huic reſiſti-*

te

te Fide, & fugiet à Vobis. Ecce: Non tantum non poterit tunc nocere, sed & fugiet à nobis.

XLI.

Habeant sibi tales commendatum dictum Salomonis: *In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter.* Sicut qvi mel *Syrach.*
multum comedit, non prodest ei, sic *3. v. 22.*
qvi scrutator est majestatis, opprimetur *Proverb.*
à gloria. Multos supplantavit suspicio *25. v. 22.*
occultorum & in vanitate detinuit sen- *Syrach.*
sus eorum. Melior est Homo, qvi mi- *19. v. 21.*
nuitur scientia, qvàm qvi abundat sensu & transgreditur legem Altissimi.

XLII.

Non sunt mutanda, qvæ Deus occulta esse voluit, qvæ autem manifesta
fecit, non sunt negligenda, Ne & in *Prosper.*
illis illicitè curiosi & in his damnabiliter inveniamur ingrati.

XLIII.

Melius est nescire aliqvid, qvàm cum periculo discere. Igitur si qvis ægrotat aut fortunarum jacturam fecit,

Duo habet licita & justa remedia, ad ista tutò confugiat. 1. Quorum prius est, Medicina vera & ejus provida usurpatio, Alterum 2. Oratio ad Deum, eaq; fidelis, seria & cum patientia conjuncta.

XLIV.

Honora Medicum, ait scriptura, propter necessitatem, Etenim creavit illum Altissimus. A Deo est omnis medela, & à rege accipiet donationem. Altissimus creavit de terra medicinam, & Vir prudens non abhorrebit illam. Ad agnitionem hominum, virtus illorum, & dedit Hominibus scientiam Altissimus, ut honoretur in mirabilibus. In his curans mitigabit dolorem, & ungventarius faciet pigmenta svavitatis, & unctiones parabit ad sanitatem.

Syrach. cap. 18.

XLV.

Fili, in tua infirmitate non despicias te ipsum, sed ora Dominum, & ipse curabit Te Averte à peccato & dirige manus & ab omni crimine purga Cor tuum.

XLVI.

Non excidat mente illud Divinum

fulmen

fulmen secundo præcepto ad nexum: *Dominus non vult impunitum dimittere, qvi nomine suo sancto abusus fuerit.* Et sunt exempla satis tremenda. Simon Magus exaëre lapsus impiam animam exhalavit. De Cornelio Agrippa scribitur, qvod moriens ad canem dixerit: *Abi mala bestia, tu me perdidisti.* Zytho Magus in Bohemia tandem à Dæmone vivus est abreptus. Ii pariter, qvi hæc vel spectant vel amant qvàm periculosè vivant lege apud *Camerarium.* Certè, Dominus non irridetur. Nemo se fallat.

Dubrav. Hist. Bohem. Lib. 23.

Hor. Succisivar. Cent. c. 20.

XLVII.

Regna, Urbes, Provinciæ luunt *Hujus criminis pœnas.* Niniven ob maleficorum turbam liberè grassantem eversam Propheta meminit. Eandem ob caussam Hierosolymis excidium imminere Micheas clamat. Hac de causa Cananæi sedibus expulsi & cum anathemate à Deo subversi fuerunt.

Nahum. c. 3. v. 4.

Cap. 5. v. 10.

Deut. 18. 10.

XLIIX.

Nemo unqvam impunè tulit. Saul dum Pythonissam consulit, in montibus Gilboæ meretur interfici. Ahasias, qvi ceciderat per cancellos,

dum de Vitæ diuturnitate scrutatur, vita ejus tanqvam tela texenda succiditur. Manassen idem delictum inter exempla calamitatum dejecit. Jezabelem molossis & canibus objecit. Zoroastrem fulmen interemit. Qvàm miserè puniti sint Comes Flandriæ Ferrandus, Dux Juliacus Wilhelmus, Muleasses Rex Tunetanus, Vortigernus Rex Scotorum Wenceslao Rege Bohemo, magorum amico, qvam nihil infelicius vide apud *Jovium*, *Boëthium*, *Petrarcham &c.*

1. Sam. 28. 1. Reg. 1. v. 2. 2. Reg. 21. 25. Plinius l. 30. cap 10. c. 43. V. plura Exempla memoratu digna in Theatr. Beierlingi voce Magia.

Lib. IV. rer. Mem. Cap. 1. 2. 3. Mirandul. l. 5. de prænotion. Delrio lib. 6. cap. 2. Sect. 3. & passim.

XLIX.

Claudimus Paranesin cum Apostolo 1. Cor. 10. v. 11. NOLUMUS VOS, FRATRES, SOCIOS FIERI DÆMONIORUM.

L.

Te vero, O Sancte, immortalis Deus, amator Boni, Osor Mali, Defensor gregis Tui Omnipotens, supplices adoramus, sanctifica Nomen Tuum in terrâ nostra, expelle Dæmonem, conver-

converte errantes, manifesta gloriam tuam, exerce judicium in Provincia nostrâ, ut Veritas & Pax osculentur se in Timore Tuo, & appareat, Qvod Tu Deus Noster ad huc sis vindex in Mundo: Amen, per Jesum Christum Amen.

SOLI DEO GLORIA.

Errata

Lector benevolus sic corrigat:

Pagina 9. Φεύγετε.
ibidem, τῆς.
12. Occulta.
16. εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε.
19. Huc.
27. causa.
28. Saccum.
29. chymicorum.
ibid. Φλυαρίαι.
57. Veterator.
75. opprobrium.
104. accuratius.
109. ἐγγαστρίμυθοι.
110. Ebræi.
ibid. אל־תפנו
114. inter.
118. Νεκρομαντεία.



❧ (o) ❧




LEGATORIA A. PANDIMIGLIO - ROMA -